ζομένων καὶ τί κακὸν οὐχὶ πασχόντων πᾶσα ἡ οἰ-
κουμένη μεστὴ γέγονε προδοτῶν. τί δ' Ἀρίστρατος 242
ἐν Σικυῶνι; καὶ τί Περίλαος ἐν Μεγάροις; οὐκ
ἀπεῤῥιμμένοι; ἐξ ὧν καὶ σαφέστατ' ἄν τις ἴδοι, ὅτι 49
ὁ μάλιστα φυλάττων τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα καὶ πλεῖ-
στα ἀντιλέγων τούτοις, οὗτος ὑμῖν, Αἰσχίνη, τοῖς
προδιδοῦσι καὶ μισθαρνοῦσι τὸ ἔχειν ἐφ' ὅτῳ δω-
ροδοκήσετε περιποιεῖ. καὶ διὰ τοὺς πολλοὺς τού-
τους καὶ τοὺς ἀνθισταμένους τοῖς ὑμετέροις βουλή-
μασιν ὑμεῖς ἐστε σῷοι καὶ ἔμμισθοι, ἐπεὶ διά γε
ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλειτε.*

Καὶ περὶ μὲν τῶν τότε πραχθέντων ἔχων ἔτι 50

tum poterant, quo minus Philippus urbe potiretur, sed vix anno elapso misere a Philippo interemti sunt ut homines molesti. [Vide de hac urbis proditione proditorumque poena Demosth. Or. de fals. leg. p. 451, l. de Cherson. p. 99. 22. Diodor. XVI. 53. Weiske de Hyperbole II. p. 7. not. 4.] Olynthus autem a Philippo eversa est Ol. CVIII, 1. archonte Theophilo.

μέχρι] quum saepius repetitum sit, rhetores tanquam exemplum ἐπαναφορᾶς κατὰ κῶλον hunc locum laudant. Ἐπαναφορὰν eam figuram vocabant, qua unum verbum aliquoties in initiis variis membrorum repetitur.

Εὔδικος καὶ Σῖμος] Simus dicitur fuisse ex gente Aleuadarum, qui genus ducentes ab Aleua, Heraclide, primum regnum Thessaliae obtinebant, postea, regno expulsi a tyrannis Pheraeis, Macedonum subsidia implorabant, Philippusque Thessaliae urbes a tyrannorum dominatione liberabat, Aleuadasque magistratus constituebat. [De Aleuadis et Simo vid. Buttm. Mythol. Tom. II. p. 246. 291. Eudicus quoque ex eadem familia videtur fuisse. F. I.].

Σικυών, urbs inter Peloponnesi nobilissimas. Oleis abundabat et omnium metallorum officinis. Priore tempore etiam Μηκώνη et Τελχινία appellabatur. Aristratus hic posteriore tempore ab Alexandro M. videtur huic urbi praepositus fuisse.

Περίλαος] Eum a Megarensibus esse in ius vocatum, quod ad Philippum sit profectus, per Ptoeodorum tamen, Megarensium potentissimum, liberatum esse tradit Demosthenes περὶ παραπρεσβείας p. 435. s.

§. 49. σῷοι, salvi; ἔμμισθοι, mercedem adipiscentes. Quum enim a civibus patriae amantibus vexentur, videntur esse viri, qui oculos hominum in se convertant et auctoritate polleant. [Patriae proditores, nisi boni cives iis resisterent, celeriter una cum patria per suam ipsorum malitiam perirent; fit ergo per eorum adversarios, ut et patria servetur, et ipsi salvi maneant et mercede fruantur. F. I.]

πολλὰ λέγειν, καὶ ταῦτα ἡγοῦμαι πλείω τῶν ἱκανῶν εἰρῆσθαι. αἴτιος δ' οὗτος ὥςπερ ἑωλοκρασίαν τινά μου τῆς πονηρίας τῆς ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἀδικημάτων κατασκεδάσας, ἣν ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τοὺς νεωτέρους τῶν πεπραγμένων ἀπολύσασθαι. παρηνώχλησθε δὲ καὶ ὑμεῖς ἴσως, οἱ καὶ πρὶν ἐμὲ εἰπεῖν ὁτιοῦν εἰδότες
51 τὴν τούτου τότε μισθαρνίαν. καίτοι φιλίαν γε καὶ ξενίαν αὐτὴν ὀνομάζει, καὶ νῦν εἶπέ που λέγων „ὁ τὴν Ἀλεξάνδρου ξενίαν ὀνειδίζων ἐμοί.“ ἐγώ σοι ξενίαν Ἀλεξάνδρου; πόθεν λαβόντι, ἢ πῶς ἀξιωθέντι; οὔτε Φιλίππου ξένον, οὔτ' Ἀλεξάνδρου φίλον εἴποιμ' ἂν ἐγώ σε, οὐχ οὕτω μαίνομαι, εἰ μὴ καὶ

§. 50. ἀπολύσασθαι] Pro hoc vocabulo ἀπολούσασθαι scribendum esse coniecit Groddek (in Seebodii Archiv für Philol. und Pädag. 1825. fasc. IV. p. 778 sqq.), quod vocabulum aptius respondeat praecedentibus ἑωλοκρασία et participio ἀποσκεδάσας. Addit autem hunc Suidae locum: κατασκεδάζειν γενικῇ. ἔθος ἦν Θρᾴκιον ἐν τοῖς συμποσίοις, ἵνα, ὅταν πίωσι τοῦ οἴνου, καταχέωσι κατὰ τῶν ἱματίων τῶν συμποτῶν, ὅπερ ἔλεγον κατασκεδάζειν. Melius etiam scribi putat ἀποκλύσασθαι, laudans locum Phaedri Platonici p. 45. d. ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι, ubi quidem usus proverbialis videtur obtinere. Ego vero, quanquam non inelegantem censeo coniecturam illam, qua quidem

§. 50. ἑωλοκρασίαν] ἕωλα sunt hesterna, et dicitur v. c. de cibis, qui non sunt recentes, sed hesterno iam die cocti, hinc saporem suum amiserunt. Tropice autem de rebus languidis et insipidis dicitur. Hinc nostrum locum Didymus, celebris Grammaticus, [ap. Harpocrat. in ἑωλοκρασία] sic explicavit: οὗτος χθὲς καὶ πρῴην ἃ ἐκέρασε πράγματα τήμερόν μου καταχέει καὶ ἐμὲ πρᾶξαί φησιν. Metaphora videtur sumta ab iis, qui futiles cibos nimia multitudine devoratos post aliquod tempus evomunt. [Conf. Suid. T. I. p. 781. Hesych. p. 1570.]

ἣν — ἀπολύσασθαι] ἀπολύεσθαι cum accusativo rei significat se liberare a crimine, defendere se contra criminationem; ἀπολύεσθαι cum dativo personae est opitulari alicui, tueri aliquem.

πρὸς τοὺς νεωτέρους τῶν πραγμάτων] ratione eorum, qui propter aetatem nondum poterant interesse rebus.

παρηνώχλησθε δὲ καὶ ὑμεῖς ἴσως] Quum antea recte interpretatus esset H. Wolfius: vos quoque fortasse affecti estis molestia, miror, cur et barbare et perperam reddiderit Harlesiana conversio: vos autem fortasse estis imperturbati. Illis autem auditoribus, quos rerum aeque conscios esse fingit orator atque ipse sit, quosque rerum earum enarratione frigidos maleque affectos esse suspicatur, iisdem egregie satisfacit facetissima illa, quae sequitur, in adversarium invectione, ita ut excusatione

τοὺς θεριστὰς καὶ τοὺς ἄλλο τι μισθοῦ πράττοντας φίλους καὶ ξένους δεῖ καλεῖν τῶν μισθωσαμένων. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πόθεν; πολλοῦ γε 52
καὶ δεῖ. ἀλλὰ μισθωτὸν ἐγώ σε πρότερον Φιλίππου καὶ νῦν Ἀλεξάνδρου καλῶ, καὶ οὗτοι πάντες. εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἐρώτησον αὐτούς. μᾶλλον δ' ἐγὼ τοῦθ' ὑπὲρ σοῦ ποιήσω. πότερον ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 213
μισθωτὸς Αἰσχίνης ἢ ξένος εἶναι Ἀλεξάνδρου δοκεῖ; ἀκούεις ἃ λέγουσιν.

Βούλομαι τοίνυν ἤδη καὶ περὶ τῆς γραφῆς αὐ- 53
τῆς ἀπολογήσασθαι, καὶ διεξελθεῖν τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ, ἵνα καίπερ εἰδὼς Αἰσχίνης ὅμως ἀκούσῃ δι

metaphora per omnes peragi videatur, a lectione tamen vulg. non esse discedendum video. Nam quum pervulgatum est ἀπολύσασθαι τὰς αἰτίας, se purgare a criminibus, quorum quasi sentinam in Demosthenem Aeschines effuderat (cfr. de Rhod. lib. §. 2. τὰς παρὰ τῶν διαβαλλόντων τὴν πόλιν ἡμῶν βλασφημίας ἔργῳ μετὰ δόξης καλῆς ἀπολύσασθαι, coll. Wytteub. opusc. tom. I. p. 65.); tum nescio an non possit Graece dici ἀπολούσασθαι aut ἀποκλύσασθαι τὰς αἰτίας (sive τὴν ἑωλοκρασίαν) πρός τινα, apud quem nos purgamus; immo vereor, ne etiam hoc inter orationis monstra ac portenta Aeschines recensuisset.

ad illos non amplius fuerit opus. — Ceterum animadvertendum scriptores Atticos verbo παρενοχλεῖν duo augmenta tribuisse et in hac re sibi ita constitisse, ut, ubi vulgares editiones nonnisi unum augmentum habeant, optimi codd. duo offerant. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 154.

§. 51. ξενίαν ὀνειδίζων ἐμοί] Aeschines κατὰ Κτησιφῶντος c. 19. dicit ὁ τὴν ξενίαν ἐμοὶ προφέρων τὴν Ἀλεξάνδρου. Sed Aeschines προφέρων eadem significatione usurpavit, qua Demosthenes ὀνειδίζων. Nempe ὀνειδίζειν cum dativo personae et accusativo rei constructum significat alicui aliquid ut probrum, probrose obiicere.

μισθωσαμένων] activum μισθόω significat loco, ich vermiethe, verpachte, medium μισθόομαι conduco, ich nehme in Miethe, in Pacht. μισθῶσαι οἶκον et μισθώσασθαι οἶκον opposita sunt. Forma nempe media saepe significat curo mihi fieri quod exprimit verbum activum. Sic διδάσκειν docere, διδάσκεσθαι docendum curare. δανείζειν pecuniam mutuam dare, δανείζομαι curo ut mihi mutua detur, mutuam sumo pecuniam. Significationis discrimen diligenter observant accurati scriptores; alii interdum negligunt.

§. 52. ὑπὲρ σοῦ ποιήσω] Oratores hoc sibi interdum permittunt, ut de re, qua adversarium convincere volunt, interrogationem ad auditores dirigant; et haud dubie amici et asseclae oratoris alta voce sic respondebant, ut optabat orator.

ἃ φημι καὶ τούτων τῶν προβεβουλευμένων καὶ πολλῷ μειζόνων ἔτι τούτων δωρεῶν δίκαιος εἶναι τυγχάνειν. καί μοι λέγε τὴν γραφὴν αὐτὴν λαβών.

54 ΓΡΑΦΗ.

„Ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ „ἱσταμένου, Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης ἀπή„νεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ „Κτησιφῶντος τοῦ Λεωσθένους Ἀναφλυστίου, ὅτι „ἔγραψε παράνομον ψήφισμα, ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶ„σαι Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα χρυσῷ „στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυ-

§. 55. ἐπὶ τῷ θεωρικῷ] ἐπὶ τῶν θεωρικῶν habent quidam, inter quos non contemnendus ille Σ. Noli tamen, quum etiam sic ἐπὶ cum gen. Graece bene dicatur (cf. Vig. p. 612. Matth. Gr. Gr. 1805. p. 857.), Demostheni genitivum restituere. Hic

§. 53. τῶν προβεβουλευμένων] προβουλεύειν est verbum proprium de senatu, qui consultum concipit in concione populi proponendum, quod προβούλευμα dicitur. ταῦτα τὰ προβεβουλευμένα igitur est: hoc quod tanquam senatus consultum populo proponitur.

§. 54. ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος] Ol. CX, 3.

Ἐλαφηβολιῶν] a 4. Martio ad 2. Aprilem.

πρὸς τὸν ἄρχοντα] ὁ ἄρχων cum articulo significat semper, ni fallor, archontem eponymum, qui primus erat inter novem. Si hoc certum est, ex hoc loco apparet γραφὴν παρανόμων delatam esse ad Eponymum. In aliis tamen locis legitur eam delatam esse πρὸς τοὺς θεσμοθέτας. Thesmothetae autem appellabantur archontes, quos exceptis tribus primis, Eponymo, rege, Polemarcho, legum recognitionem agere oportebat. Equidem utrumque verum esse opinor. Nempe Athenis erat lex, quae per annum concedebat eum, qui ψήφισμα tulerat, παρανόμων accusari, post elapsum autem annum non licere latorem accusare, sed legem ipsam. Iam videtur γραφὴ παρανόμων in latorem ad archontem eponymum, ea autem, quae legem spectat, ad θεσμοθέτας deferenda fuisse.

Διονύσια τὰ μεγάλα] appellantur etiam Διονύσια τὰ ἐν ἄστει. Celebratissima Bacchi sacra. Agebantur Elaphebolionis post diem octavum et ante decimum octavum, ut patet ex Aeschine κατὰ Κτησ. c. 19. Dodwellus ad duodecimum huius mensis diem revocavit. His festis erat tragoedorum certamen. De hoc festo agit Buttmannus Orat. Mid. Exc. I.

τραγῳδοῖς καινοῖς] h. e. quum tragoedi novas fabulas docerent. Dativus personae τραγῳδοῖς sine praepositione Graecis usurpatus est, quum tempus tragoediarum indicatur, quemadmodum in similibus Latini ablativum ponunt, v. c. gladiatoribus. Cicero Philipp. I, 15. pro die, quo agebantur ludi gladiatorii, ubi videndi inter-

„σίοις τοῖς μεγάλοις, τραγῳδοῖς καινοῖς, ὅτι στεφα-
„νοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα
„χρυσῷ στεφάνῳ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων
„διατελεῖ εἴς τε τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας καὶ τὸν δῆ-
„μον τὸν Ἀθηναίων καὶ ἀνδραγαθίας, καὶ διότι 55
„διατελεῖ πράττων καὶ λέγων τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ,
„καὶ πρόθυμός ἐστι ποιεῖν ὅ τι ἂν δύνηται ἀγα-
„θόν, πάντα ταῦτα ψευδῆ γράψας καὶ παράνομα,
„τῶν νόμων οὐκ ἐώντων πρῶτον μὲν ψευδεῖς γρα-
„φὰς εἰς τὰ δημόσια γράμματα καταβάλλεσθαι, εἶτα
„τὸν ὑπεύθυνον στεφανοῦν (ἔστι δὲ Δημοσθένης
„τειχοποιὸς καὶ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τεταγμένος), ἔτι

enim nusquam aliter quam ἐπὶ τῷ θεωρικῷ. Ita et infra §. 113, sine varietate, quanquam in consimili usu, non repudiat genitivum, Infra §. 247. διαφθείρειν τοὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων. Cf. quae annotavimus ad Aesch. Ctesiph. §. 24. huius ed.

pretes. Accuratissime de locutione exposuit Tib. Hemsterhusius ad Luciani Timon. §. 51.

§. 55. οὐκ ἐᾶν, vetare, interdicere. Negatio verbo ἐᾶν addita semper non solum negat, verum verbo oppositam vim tribuit

γραφάς] hoc loco rarius de singulis psephismatis momentis, sive in laudem, sive in dedecus scripta sunt.

καταβάλλεσθαι est vocabulum proprium de iis, quae literis consignata deponuntur in actis publicis.

ὑπεύθυνον] εὐθύνη est ratio, quae reddenda erat magistratibus, suo munere functis, et legatis, legatione absoluta. Antequam quis rationem muneris reddiderat, neque coronari eum licebat, neque ei permissum erat peregre abire, nec adoptare filium, nec decernere de sua pecunia. Vocabatur autem quis ὑπεύθυνος, donec rationem reddiderat. Ratio erat reddenda intra triginta dies. Si quis non apparuerat, nec senatus invitationi obedientiam praestiterat, ἄτιμος erat. Ratio reddenda erat apud εὐθύνους, λογιστάς: quorum decem erant utriusque generis, qui quomodo fuerint diversi, difficile est iudicatu. Videntur primi fuisse λογισταί, iisque adiuncti εὔθυνοι. [De logistis et euthynis vide Böckh. Staatsh. der Athen. I. p. 204 — 207. in Niebuhrii Museo Rhen. I. p. 58 sq.]

τειχοποιός] Infra in psephismate Ctesiphontis p. 266, dicitur ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς, et sic etiam τειχοποιὸς intelligendum: qui instaurandis seu reficiendis muris praeest, eorum instaurandorum curam habet. Haec cura demandabatur a singulis tribubus, tempore periculoso, quo repentinus hostium impetus metuebatur. Illa murorum restitutio locum habebat propter periculum, quod instabat a Philippo. Decem erant creati τειχοποιοί, singuli a singulis tribubus, quorum potissimus videtur fuisse Demosthenes.

ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τεταγμένος] θεωρικὰ erant pecuniae publicae, civitatis reditibus coactae, quae olim ad bellicos

„δὲ μὴ ἀναγορεύειν τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ
244 „Διονυσίοις τραγῳδῶν τῇ καινῇ; ἀλλ' ἐὰν μὲν ἡ
„βουλὴ στεφανοῖ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνειπεῖν, ἐὰν
„δὲ ἡ πόλις, ἐν Πυκνὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. τίμημα τά-
„λαντα πεντήκοντα. κλήτορες Κηφισοφῶν Κηφισο-
„φῶντος Ῥαμνούσιος, Κλέων Κλέωνος Κοθωκίδης."

56 Ἃ μὲν διώκει τοῦ ψηφίσματος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτ' ἐστίν. ἐγὼ δ' ἀπ' αὐτῶν τούτων πρῶτον οἴομαι δῆλον ὑμῖν ποιήσειν, ὅτι πάντα δικαίως ἀπολογήσομαι· τὴν γὰρ αὐτὴν τούτῳ ποιησάμενος τῶν γεγραμμένων τάξιν περὶ πάντων ἐρῶ καθ' ἑκα-

§. 56. οἴομαι] Sic dedit Reiskius ex codd. pro vulg. οἶμαι. Grammatici nonnulli discrimen inter οἶμαι et οἴομαι statuerunt: οἶμαι dici de rebus compertis, οἴομαι de iis, quae etiam dubiae videri possunt: quod discrimen scriptorum usu non probatur. Sed plurimi scriptores sine varietate codd. utrumque promiscue

sumptus reponebantur, militares dictae, στρατιωτικά: sed dein in apparatum spectaculorum et distributiones conferebantur, et tum dictae θεωρικὰ ex eo, quod Eubulus instantibus Dionysiis pecuniam ad sacra distribuerat, ut omnes festum celebrarent, nec civium ullus ob rei familiaris inopiam spectaculi voluptate privaretur. Qui praeerat harum pecuniarum administrationi et distributioni dicebatur ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τεταγμένος, ὁ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ ὤν, ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ κατασταθείς. Grammatici dicunt θεωρικῶν ἄρχοντα.

τραγῳδῶν τῇ καινῇ] Haec formula hoc uno loco legitur. Si tolerari potest, substantivum femininum supplendum, et supplet Wolfius εἰςόδῳ. Εἴςοδος vero, ut εἰςιέναι, histrionum potius est quam poetarum, qui dicuntur εἰςάγειν sc. δρᾶμα. Hinc potius suppleverim εἰςαγωγῇ. Quum tamen nonnulli codd. habeant τῶν καινῶν, eam lectionem praefert Hemsterhuis. ad Luciani Tim. I. I. et idem esse putat, quod plenius dicat Aeschines: καινῶν ἀγωνιζομένων τραγῳδῶν.

ἐν Πυκνί] Pnyx erat in clivo, qui Lycabettum montem attingebat, forma semicirculari, ubi populus congregabatur, antequam theatrum Bacchi erat exstructum. [Cf. K. F. Hermann Lehrb. der gr. Staatsalterth. §. 128. 9.]

τίμημα] Causae (ἀγῶνες) in duo genera distributae erant, in ἀγῶνας ἀτιμήτους et τιμητούς. ἀτίμητος dicebatur cuius aestimatio legibus constituta erat; τιμητὸς cuius aestimatio litigatoribus iudicibusque erat commissa. Sic optimi veterum grammaticorum: idemque ex scriptorum locis patere accurate docuit Matthiae in dissert. de iudiciis Athen. Miscell. Philoll. p. 275. ss. n. 62. Γραφὴ autem παρανόμων erat ἀγὼν τιμητός. Hinc variae fuerunt condemnatorum poenae, prout aut gravius aut levius deliquissent, mitiorem aut acerbiorem adversarium nacti essent. Haec Aeschinis aestimatio acerbissimum prodit accusatorem. Iam decem talenta erat gravis poena in γραφῇ παρανόμων, quae interdum mitigabatur ad unum talentum.

κλήτορες vel κλητῆρες sunt

στον ἐφεξῆς, καὶ οὐδὲν ἑκὼν παραλείψω. τοῦ μὲν 57
οὖν γράψαι πράττοντά με καὶ λέγοντα τὰ βέλτιστα
τῷ δήμῳ διατελεῖν, καὶ πρόθυμον εἶναι ποιεῖν ὅ τι
ἂν δύνωμαι ἀγαθόν, καὶ ἐπαινεῖν ἐπὶ τούτοις, ἐν
τοῖς πεπολιτευμένοις τὴν κρίσιν εἶναί μοι νομίζω·
ἀπὸ γὰρ τούτων ἐξεταζομένων εὑρεθήσεται, εἴτε ἀλη-
θῆ περὶ ἐμοῦ γέγραφε Κτησιφῶν ταῦτα καὶ προς-
ήκοντα, εἴτε καὶ ψευδῆ· τὸ δὲ μὴ προσγράψαντα 58
„ἐπειδὰν τὰς εὐθύνας δῷ“ στεφανοῦν, καὶ ἀνει-
πεῖν ἐν τῷ θεάτρῳ κελεῦσαι τὸν στέφανον, κοινω-
νεῖν μὲν ἡγοῦμαι καὶ τοῦτο τοῖς πεπολιτευμένοις,

adhibent. Demosthenes plerumque ponit *οἴομαι* sequente infinitivo; *οἶμαι* directae orationi per parenthesin inserit, et ex hac regula, si varietas lectionis sit in codd., lectionem in Demosthene constituerem, ut monui in Demosthen. p. 64.

ii, quos testes adducebat ad archontem, apud quem actor litem alicui intendebat, qui attestabantur litem pro legibus esse delatam. Videntur similes fuisse Romanorum subscriptoribus, qui nomina sua accusationis libello subscribebant. Per *κλητῆρας* in ius vocabatur is, in quem scriptus erat libellus accusationis. Erant citatores; hinc nomen habebant.

Κλέων] Etiam inter legatos erat, qui ad Philippum mittebantur pacis causa.

§. 56. *τῶν γεγραμμένων*] *τὰ γεγρ.* sunt accusationis capita. Nec mirum tamen Lambinum correxisse *τῷ γεγραμμένῳ*, quod ad *τούτῳ* pertineret. Habet sane alieni nescio quid, quum defensor affirmat: eundem, quem accusator, ordinem instituam accusationis capitum, pro: eodem refutandi capita illa ordine utar, quo accusator usus est capita accusationis constituendi.

§. 57. *καὶ ἐπαινεῖν*] Noli probare, quod Reiskio in mentem venit, ut *ἐπαινεῖν* a *γράψαι* pendere dicas, hoc sensu, *ὅτι δεῖ με ἐπαινεῖν*, immo ἐκ *παραλλήλου* sunt infinitivi *γράψαι* et *ἐπαινεῖν*. Cur autem infinitivos diversi habeamus temporis, causa in promtu est. Nam *γράψαι* est singularis quaedam actio generalis illius laudandi, quae plures complectitur actiones. Quare neque articuli *τοῦ* ante *ἐπαινεῖν* opus erat repetitione, quum infinitivi duo in unam notionem coniuncti putandi sint. Eundem fere in modum paullo infra §. 58. *κελεῦσαι* est singulare momentum amplioris notionis *τοῦ στεφανοῦν*.

ἐν τοῖς πεπολιτευμένοις] *πολιτεύεσθαι* dicitur is, qui omni iure civis ἐπιτίμου fruitur. *τὰ πεπολιτευμένα* sunt igitur ea, quorumquis auctor fuit dandis et excogitandis consiliis.

ἀπὸ γὰρ τούτων ἐξεταζομένων] Possit etiam simplex participium absolutum poni, omissa praepositione *ἀπό*. Sed *ἀπὸ* indicat originem, unde exeundum sit, si quis ab accurata rerum inquisitione proficiscatur. p. 249. *ἀπὸ γὰρ τούτων ἐξεταζομένων — γενήσεται φανερόν*.

§. 58. *κοινωνεῖν τινι*,

εἴτε ἄξιός εἰμι τοῦ στεφάνου καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως
τῆς ἐν τούτοις, εἴτε καὶ μή, ἔτι μέντοι καὶ τοὺς
νόμους δεικτέον εἶναί μοι δοκεῖ, καθ' οὓς ταῦτα
γράφειν ἐξῆν τούτῳ. οὑτωσὶ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,
δικαίως καὶ ἁπλῶς τὴν ἀπολογίαν ἔγνωκα ποιεῖσθαι,
βαδιοῦμαι δ' ἐπ' αὐτά, ἃ πέπρακταί μοι. καί με
59 μηδεὶς ὑπολάβῃ ἀπαρτᾶν τὸν λόγον τῆς γραφῆς, ἐὰν
εἰς Ἑλληνικὰς πράξεις καὶ λόγους ἐμπέσω· ὁ γὰρ
245 διώκων τοῦ ψηφίσματος τὸ λέγειν καὶ πράττειν τὰ
ἄριστά με καὶ γεγραμμένος ταῦτα ὡς οὐκ ἀληθῆ,
οὗτός ἐστιν ὁ τοὺς περὶ ἁπάντων τῶν ἐμοὶ πεπολι-
τευμένων καὶ πεπραγμένων λόγους οἰκείους καὶ ἀναγ-
καίους τῇ γραφῇ πεποιηκώς. εἶτα καὶ πολλῶν προ-
αιρέσεων οὐσῶν τῆς πολιτείας, τὴν περὶ τὰς Ἑλλη-
νικὰς πράξεις εἰλόμην ἐγώ, ὥστε καὶ τὰς ἀποδείξεις
ἐκ τούτων δίκαιός εἰμι ποιεῖσθαι.
60 Ἃ μὲν οὖν πρὸ τοῦ πολιτεύεσθαι καὶ δημηγο-
ρεῖν ἐμὲ προὔλαβε καὶ κατέσχε Φίλιππος ἐάσω· οὐ-

commune habere cum aliquo: ad aliquid pertinere; pertinet ad res, quos gessi civis munere fungens.

§. 59. *ἀπαρτᾶν*] Laudatur hic locus in Bekkeri Anecd. p. 10. *ἀπαρτᾶν ἀντὶ τοῦ ἀποσπᾶν καὶ ἀποχωρίζειν.* Igitur *ἀπαρτᾶν λόγον ἀπὸ γραφῆς*, orationem meam abducere ab accusatione, ab eo, de quo agitur, discedere, aliena dicere, quae non pertinent ad rem.

αἱ Ἑλληνικαὶ πράξεις, res, quae universam Graeciam et omnium Graecorum rationes tum inter se tum ad externos spectant.

οἰκεῖοι λόγοι, oratio commoda, consentanea rei, de qua agitur. In *ἀναγκαῖοι* est gradatio a minori ad maius.

προαίρεσις, ratio civilis, id genus rerum publicarum, cui administrando quis operam dare cupit.

§. 60. *οὐδὲν εἶναι πρὸς ἐμέ*] nihil ad me pertinere, neque laudem neque culpam meam esse. Post praepositiones fere omnes ponitur pronomen orthotonumenon, semper post *ἀπό, παρά, ἀντί, ἐξ*, plerumque post *πρὸς* cet.

ἐπὶ ταῦτα] i. e. *ἐπὶ τὰ πολιτικὰ πράγματα. Ἐπιστῆναι* verbum proprium de iis, qui accedunt ad rempublicam, rebus publicis praeesse easque administrare cupiunt. Hinc *οἱ ἐφεστηκότες* magistratus.

ὑπέχειν, ut Latinorum sustinere, de eo, qui rem ingratam et molestam suscipit, ei se non subducit. *ὑπέχειν λόγον*, reddere rationem, de eo, qui se defendit contra crimina, quae obiiciuntur. Idem dicitur etiam *λόγον διδόναι*. Similiter *ὑπέχειν δίκην* et *δίκην διδόναι*.

πλεονέκτημα, melior conditio, oppositum *ἐλάττωμα*.

§. 61. *φορὰν προδοτῶν*]

δὲν γὰρ ἡγοῦμαι τούτων εἶναι πρὸς ἐμέ· ἃ δ' ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπὶ ταῦτα ἐπέστην ἐγὼ διεκωλύθη, ταῦτα ἀναμνήσω, καὶ τούτων ὑφέξω λόγον, τοσοῦτον ὑπειπών. πλεονέκτημα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μέγα ὑπῆρ-
ξε Φιλίππῳ· παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τισίν, ἀλ- 61
λὰ πᾶσιν ὁμοίως, φορὰν προδοτῶν καὶ δωροδόκων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ἀνθρώπων συνέβη γενέσθαι τοσαύτην, ὅσην οὐδείς πω πρότερον μέμνηται γεγονυῖαν· οὓς συναγωνιστὰς καὶ συνεργοὺς λαβὼν ὁ Φίλιππος καὶ πρότερον κακῶς τοὺς Ἕλληνας ἔχοντας πρὸς ἑαυτοὺς καὶ στασιαστικῶς ἔτι χεῖρον διέθηκε, τοὺς μὲν ἐξαπατῶν, τοῖς δὲ διδούς, τοὺς δὲ πάντα τρόπον διαφθείρων. καὶ διέστησεν εἰς μέρη πολλά, ἑνὸς τοῦ συμφέροντος ἅπασιν ὄντος, κωλύειν ἐκεῖ-
νον μέγαν γίγνεσθαι. ἐν τοιαύτῃ δὲ καταστάσει καὶ 62
ἔτι ἀγνοίᾳ τοῦ συνισταμένου καὶ φυομένου κακοῦ τῶν ἁπάντων Ἑλλήνων ὄντων, δεῖ σκοπεῖν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τί προσῆκον ἦν ἑλέσθαι

φέρειν dicitur, ut ferre, de terra, quae fructus profert. Hinc φορὰ proventus, in quo inest notio copiae et multitudinis. Tropice de hominum copia, quam aetas fert, significatione bona et mala. [Vid. Wesseling. ad Diodor. T. II. 124. 19.]

συναγωνιστής, qui adest alicui. Certantes nempe interdum complures se coniungebant contra complures, et qui se coniunxerant dicebantur συναγωνισταί. Tropice sunt in genere socii, adiutores.

πρὸς ἑαυτούς] i. e. πρὸς ἀλλήλους.

κωλύειν ἐκεῖνον μέγαν γενέσθαι] Appositio explicativa, ad quam omittitur vocabulum indicans, quo hodie uti solent: δηλονότι, nempe, scilicet.

§. 62. ἔτι ἀγνοίᾳ] Coniuncta particula cum substantivo loco adiectivi etiam sine articulo. — Nec προσέτι scribendum, quod Reiskio olim placuit, nec cum eodem ἔτι praeterea interpretandum. Recte lat. versio quum — adhuc — tempestatem ignorarent. Illa enim tempora opponuntur temporibus his, quibus Dem. causam dixit, ubi quidem Philippi quale fuerit consilium unicuique patebat.

συνισταμένου] respicit id, quod nascens malum ex pluribus locis et fontibus conficitur, componatur.

τί προσῆκον etc.] Vide quam prudenter simulque vere, quum de sua ipsius rempublicam administrandi ratione disserendum esset, explicare maluerit, quas partes suscipere debuerit civitas, cui demum disputationi omnibus probatae subiunxit haec suo potissimum gesta esse consilio. — Ac mirifica quidem est haec πολιτευ-

πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν, καὶ τούτων λόγον παρ' ἐμοῦ
λαβεῖν· ὁ γὰρ ἐνταῦθα ἑαυτὸν τάξας τῆς πολιτείας
246 *εἰμὶ ἐγώ. πότερον αὐτὴν ἐχρῆν, Αἰσχίνη, τὸ φρό-*
63 *νημα ἀφεῖσαν καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς ἐν τῇ Θετ-*
ταλῶν καὶ Δολόπων τάξει συγκατακτᾶσθαι Φιλίππῳ
τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀρχήν, καὶ τὰ τῶν προγόνων
καλὰ καὶ δίκαια ἀναιρεῖν; ἢ τοῦτο μὲν μὴ ποιεῖν,
δεινὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς, ἃ δ' ἑώρα συμβησόμενα, εἰ

μάτων defensio. Nam quum apud omnes Graecos incredibilis et inauditus illa una aetate fuisset proventus proditorum, hominum corruptissimorum diisque invisorum, quos omnes Philippus sibi conciliavit quibusque civitates Graecas dissipavit in factiones plurimas, quum tamen unum omnibus expediret, concordia; tum igitur, quum incertum adhuc esset, quid nasceretur, quas partes, inquit Demosthenes, sequi oportebat civitatem, deserere maiorum gloriam atque instituta; an quietam manere periculum appropераns, an vero una cum Philippo coniunctam comparare illi totius Graeciae imperium? Quanquam qui has partes secuti sunt fere omnes peius quam nos Athenienses discesserunt, dignitate bonisque amissis. §. 65. *καὶ γὰρ εἰ μὲν ὡς ἐκράτησε Φίλιππος ᾤχετ' εὐθὺς ἀπιὼν καὶ μετὰ ταῦτ' ἦγεν ἡσυχίαν, μήτε τῶν ἑαυτοῦ συμμάχων μήτε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μηδένα μηδὲν λυπήσας, ὅμως ἦν ἄν τις κατὰ τῶν [οὐκ] ἐναντιωθέντων οἷς ἔπραττεν ἐκεῖνος μέμψις καὶ κατηγορία· εἰ δὲ ὁμοίως ἁπάντων τὸ ἀξίωμα, τὴν ἡγεμονίαν, τὴν ἐλευθερίαν περιείλετο, μᾶλλον δὲ καὶ τὰς πολιτείας, ὅσων ἠδύνατο, πῶς οὐχ ἁπάντων ἐνδοξότατα ὑμεῖς ἐβουλεύσασθε ἐμοὶ πεισθέντες;* Quo in loco particulae *οὐκ* et *ὅμως* male habuerunt interpretes. Et *οὐκ* quidem a plurimis longe optimisque codicibus abest, pro *ὅμως* autem unus habet *ἴσως*, omittunt paucissimi. Quibus particulis omissis haec fere fit sententia: Si Philippus victor factus Graecorum neminem posthac laesisset, esset quod in vobis, qui Philippo adversati estis, reprehendi posset. Quum autem omnibus, quibuscunque potuit, summa bona omnia ademerit, nonne vos praeclarissime vobis consuluistis mihi obsecuti? Quam sententiam amplexus est Schaeferus. Verum ita perit proprium huius loci ornamentum, gradatio ea, per quam a membro minore ascendens ad maius quasi invicta redditur sententia. Recte enim senserunt Wolfius, Reiskius aliique, desiderari sententiam hancce: Si Philippus victor factus neminem posthac laesisset, *ne tum quidem* esset quod in vobis, qui adversati estis, reprehendi posset. *Nunc autem*, quum omnibus summa bona ademerit omnia, nonne vos seqq. Iam quod illi efficere voluerunt inserenda particula *οὐκ*, idem nos videmur assequi particula *οὐκ*, ut libri iubent, deleta et signo interrogationis posito post *κα-*

μηδεὶς κωλύσει, καὶ προῃσθάνετο, ὡς ἔοικεν, ἐκ πολλοῦ, ταῦτα περιιδεῖν γιγνόμενα; ἀλλὰ νῦν ἔγωγε 64
τὸν μάλιστα ἐπιτιμῶντα τοῖς πεπραγμένοις ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν, πότερον τῆς συναιτίας τῶν συμβεβηκότων τοῖς Ἕλλησι κακῶν καὶ αἰσχρῶν, ἧς ἂν Θετταλοὺς καὶ τοὺς μετὰ τούτων εἴποι τις, ἢ τῆς περιεωρακυίας ταῦτα γιγνόμενα ἐπὶ τῇ τῆς ἰδίας πλεονεξίας ἐλπίδι,

τηγορία, ut sensus hic sit: si Ph. victor factus neminem laedens domum statim rediisset pacemque deinde servasset, tamen essetne quod in iis, qui adversati sunt, reprehendi posset? cett. Quod etiam concinnitate praestat, quoniam nunc membrum utrumque exit in interrogationem. Particulae autem ὅμως cum emphasi positae in ἀποδόσεως interrogativae initio habes exemplum apud Xenoph. Mem. II, 1, 15. σὺ δὲ — τῶν πολιτῶν πάντων ἥττων ὤν, καὶ τοιοῦτος, οἵοις μάλιστα ἐπιτίθενται οἱ βουλόμενοι ἀδικεῖν, ὅμως διὰ τὸ ξένος εἶναι οὐκ ἂν οἴει ἀδικηθῆναι;

πράττειν καὶ ποιεῖν] haec verba quum iunguntur, πράττειν significat partes aliquas studiose sequi, sich an gewisse Grundsätze und Bestrebungen halten, ποιεῖν autem est facere quae in usum sint earum, quas sequimur, partium.

ἐνταῦθα τῆς πολιτείας] Adverbia loci et temporis sive propria sive tropica significatione genitivum iunctum habent, quoniam in his adverbiis inest notio substantivi.

§. 63. τὸ φρόνημα] in genere est sentiendi et cogitandi ratio: qualis intelligatur, vel ex contextu definitur vel ex adiecto nomine. Hoc loco id fit per additum ἀξίαν.

Θετταλοὶ perfidia erant infames et venalitate. Δόλοπες erant Barbari e Pelasgica stirpe superstites, et dispersi erant variis locis inde a radicibus montis Pindi usque ad Epirum. Hinc propter nullam vel laxam connexionem facilis erant praeda cuiuslibet, cuius operae pretium erat illos venari.

τὰ τῶν προγόνων καλὰ καὶ δίκαια ἀναιρεῖν] ea, quae maiores pulcre et pie fecerunt, dedecorare et quasi irrita reddere. Per ignaviam enim posterorum virtus maiorum obruitur.

§. 64. Refertur de partibus binis, quas eligere reipublicae non nisi nefarie licebat, oppositas iis, quas vere susceperat. §. 63. fin.

τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι] μερίδος τινὸς γενέσθαι, se applicare ad aliquam partem, rarius est apud Atticos, usitatius apud seriores et patres. Notavit Lobeck. ad Phryn. p. 3. [De vi articuli pronominibus interrogativis adiecti vide Gr. nostram. p. 447 extr. ed. IV. V. C. F. R.]

ἧς ἂν Ἀρκάδας καὶ Μεσσηνίους καὶ Ἀργείους θείημεν;
65 ἀλλὰ καὶ τούτων πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες, χεῖρον ἡμῶν ἀπηλλάχασι· καὶ γὰρ εἰ μὲν ὡς ἐκράτησε Φίλιππος ᾤχετ' εὐθὺς ἀπιὼν καὶ μετὰ ταῦτ' ἦγεν ἡσυχίαν, μήτε τῶν αὑτοῦ συμμάχων μήτε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μηδένα μηδὲν λυπήσας, ὅμως ἦν ἄν τις κατὰ τῶν [οὐκ] ἐναντιωθέντων οἷς ἔπραττεν ἐκεῖνος μέμψις καὶ κατηγορία· εἰ δὲ ὁμοίως ἁπάντων τὸ ἀξίωμα, τὴν ἡγεμονίαν, τὴν ἐλευθερίαν περιείλετο, μᾶλλον δὲ καὶ τὰς πολιτείας ὅσων ἠδύνατο, πῶς οὐχ ἁπάντων ἐνδοξότατα ὑμεῖς ἐβουλεύσασθε ἐμοὶ πεισθέντες;

66 Ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπανέρχομαι. τί τὴν πόλιν, Αἰσχίνη, προςῆκε ποιεῖν ἀρχὴν καὶ τυραννίδα τῶν Ἑλ-

§. 65. [οὐκ] a Reiskio acriter defensum, Bekkerus tamen uncis inclusit. Omnino in utramque partem re accuratius pensitata, neutra lectio per se multo praestat. E critices autem legibus οὐκ videtur delendum, quoniam difficilior lectio est ea, quae negatione caret, eademque negatio a codd. damnatur tantum non omnibus. Nec tamen, quod Reisk. contendit, in quo socium nactus est Wunderlichium, una deleri etiam ὅμως debet. [ὅμως om. Cod. Σ.] Verte enim ita: so fände doch noch (tantum tibi Aeschine concedo) ein Tadel und eine Beschuldigung Statt. Nunc autem vituperari nihil debet; sed est illud consilium cum aeterna nostra gloria coniunctum. Conf. quae supra ad §. 62. d. h. l. annotavimus.

§. 66. *καὶ πλείω καὶ σώματα καὶ χρήματα*] Etiam

Ἀρκάδας] Qui propter frugalitatem vitae priore tempore admodum bellicosi et fortes erant, postea per intestinas discordias lacerati sibi ipsis erant perniciei, et externa negligebant, ut etiam ipsi in Spartanorum potestatem redacti fuissent, si non Leuctrica pugna Spartanorum vires fregisset.

Μεσσηνίους] Messenii optimatum partibus addicti et a Lacedaemoniis iniuste et crudeliter vexati Philippi partibus studebant, non minus quam Argivi, metuentes potius vicinam Lacedaemoniorum dominationem, quam liberalitatem Philippi, qui procul aberat.

ἐπὶ cum dativo saepe indicat causam, ob spem.

§. 65. *χεῖρον ἀπηλλάχασι*] ἀπαλλάττειν cum adverbio de exitu dicitur, qualem quis habuerit, quae ad finem fuerit sors. χεῖρον ἀπαλλάττειν, in peiorem conditionem venire. Usurpatur in hac formula et activa forma et passiva. Vide Baiterum ad Isocr. Paneg. §. 140. οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν.

περιαιρεῖσθαι] De deminutione sive maiore sive minore usurpatur, atque etiam totam alicuius rei privationem

λήνων ὁρῶσαν ἑαυτῷ κατασκευαζόμενον Φίλιππον; ἢ τί τὸν σύμβουλον ἔδει λέγειν ἢ γράφειν τὸν Ἀθή- 247
νησιν ἐμέ (καὶ γὰρ τοῦτο πλεῖστον διαφέρει), ὃς συνῄδειν μὲν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου μέχρι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἀφ' ἧς αὐτὸς ἐπὶ τὸ βῆμα ἀνέβην, ἀεὶ περὶ πρωτείων καὶ τιμῆς καὶ δόξης ἀγωνιζομένην τὴν πατρίδα, καὶ πλείω καὶ σώματα καὶ χρήματα ἀναλωκυῖαν ὑπὲρ φιλοτιμίας καὶ τῶν ἅπασι τοῖς Ἕλλησι συμφερόντων, ἢ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ὑπὲρ αὐτῶν ἀναλώκασιν ἕκαστοι, ἑώρων δ' αὐτόν τὸν Φίλιπ- 67
πον, πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγών, ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, πᾶν ὅ τι βουληθείη μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι,

minoribus in rebus saepe alicuius codicis cognoscitur praestantia. Nam quum in loco perquam emphatico καὶ ante σώματα in plurimis libris deesset, recte tamen Bekkerus recepit e codd. tribus, inter quos etiam Σ, cui libro alioquin brevitatis nimis nonnunquam studioso fides habenda est eo maior, quum aliquid addit. Etiam huius loci naturae egregie convenit formula καὶ — καὶ ad rem augendam accommodata. Quanquam is codex h. l. ideo vituperandus est, quod exhibet καὶ χρήματα καὶ σώματα ordine inverso. σώματα enim ut gravius primo erat loco ponendum.

§. 67. πᾶν ὅ τι βουληθείη] ἂν receperat post ὅ τι Reiskius. quod recte delevit cum codd. plurimis Bekker. Omisso enim ἂν per optativum actionis indicatur iteratio, was der Zufall jedes Mal wollte. Cf. Stallb. ad Plat. Phaed. c. 3.

indicat.

§. 66. λέγειν] spectat orationes, γράφειν psephismata, populi scita.

βῆμα] κατ' ἐξοχὴν suggestus, quem ascendunt viri in rerum publicarum administratione versantes.

§. 67. τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον] Quum Methonam, urbem Thraciae, in finibus Macedoniae, Ol. CVI, 3., archonte Diotimo, oppugnaret Philippus, sagitta in oculo percussus, eiusque usu privatus est. Crudelis erat in urbem, exacerbatus forsitan oculi iactura. Diodor. Sic. XVI, 34. Veterum super hac re locos congessit Vogel. in libro utilissimo vitae clarorum antiquitatis virorum, T. II. p. 77 et 273., quibus nunc adde Voemel. prolegg ad. Dem. Phil. p. 84.

τὴν κλεῖν κατεαγότα] ἐν Ἰλλυριοῖς hoc factum esse tradit Sholiastes. Illyrios devicit Ol. CV, 2. Iustinus autem L. IX, 3. narrat eum revertentem ab Scythia per Triballos ita in femore vulneratum esse, ut per corpus eius equus interficeretur.

τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον] In Scythia hoc ei accidisse Iustin. IX. 3.

τοῦτο ῥᾳδίως καὶ ἑτοίμως προϊέμενον ὥςτε, τῷ λοι-
68 πῷ μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν. καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτό
γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν, ὡς τῷ μὲν ἐν Πέλλῃ
τραφέντι, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι καὶ μικρῷ, το-
σαύτην μεγαλοψυχίαν προςῆκεν ἐγγενέσθαι, ὥςτε τῆς
τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς ἐπιθυμῆσαι, καὶ τοῦτ' εἰς τὸν
νοῦν ἐμβαλέσθαι, ὑμῖν δ' οὖσιν Ἀθηναίοις καὶ κα-
τὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην ἐν πᾶσι καὶ λόγοις καὶ θεω-
ρήμασι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ὑπομνήμαθ' ὁρῶ-
σι τοσαύτην κακίαν ὑπάρξαι, ὥςτε τῆς τῶν Ἑλλή-
νων ἐλευθερίας αὐτεπαγγέλτους ἐθελοντὰς παραχω-
69 ρῆσαι Φιλίππῳ. οὐδ' ἂν εἷς ταῦτα φήσειεν. λοι-
πὸν τοίνυν ἦν καὶ ἀναγκαῖον ἅμα πᾶσιν οἷς ἐκεῖ-

§. 68. κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην] ex Σks. recepit Bekk., in quibus articulus vulgo male deest; singularem enim et huic scribit. A Scythis, populo adhuc invicto, fugatus fuisse traditur. Alii eum dicunt eos, quum fortitudine vincere non posset, astu superasse. Auctor orationis πρὸς Φιλίππου ἐπιστολήν, quae sub Demosthenis nomine fertur, Φίλιππον testatur οὕτως εἶναι φιλοκίνδυνον, ὥςτ' ὑπὲρ τοῦ μείζω ποιῆσαι τὴν ἀρχὴν κατατετρῶσθαι πᾶν τὸ σῶμα τοῖς πολεμίοις μαχόμενον. [Cf. Liban. Tom. IV. p. 974.] Ab hac temeraria audacia eum dehortatur **Isocrates** in Epist. ad Philippum.

§. 68. Πέλλα, olim quidem oppidum ἄδοξον erat et μικρόν, sed per Philippum, qui ibi natus erat, facta est urbs illustris et magna, μητρόπολις τῆς Μακεδονίας.

τοῦτ'] i. e. τὸ ἄρχειν τῶν Ἑλλήνων, quod per synesin ex antecedente substantivo ἀρχῆς assumendum.

θεωρήματα sunt monumenta publica in honorem virorum virtute praestantium instituta, ut oculis posterorum subiecta hos ad aemulationem maiorum excitent.

αὐτεπαγγέλτους ἐθελοντάς] est pleonasmus. Utrumque enim vocabulum idem significat. αὐτεπάγγελτος enim is est, qui sua sponte, non ab alio provocatus, aliquid facit. Idem est ἐθελοντής. Fit autem saepe, ut vocabulo tropico addatur proprium, ut omnis tollatur ambiguitas.

ἐλευθερίας παραχωρῆσαι Φιλίππῳ] Philippo libertatem suam venditare. Oppositum χωρεῖν εἰς τὴν ἐλευθερίαν, vindicare libertatem suam.

§. 69. Ἀμφίπολις, urbs Macedoniae, circumfusa a flumine Strymone, quae erat subiecta Atheniensibus, occupaba-

νος ἔπραττεν ἀδικῶν ὑμᾶς ἐναντιοῦσθαι δικαίως. τοῦτ' ἐποιεῖτε μὲν ὑμεῖς ἐξ ἀρχῆς εἰκότως καὶ προσηκόντως, ἔγραφον δὲ καὶ συνεβούλευον καὶ ἐγὼ καθ' 248
οὓς ἐπολιτευόμην χρόνους. ὁμολογῶ. ἀλλὰ τί ἐχρῆν με ποιεῖν; ἤδη γάρ σε ἐρωτῶ, πάντα τἄλλ' ἀφείς, Ἀμφίπολιν, Πύδναν, Ποτίδαιαν, Ἁλόννησον, οὐδενὸς τούτων μέμνημαι· Σέῤῥιον δὲ καὶ Δορίσκον καὶ 70
τὴν Πεπαρήθου πόρθησιν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἡ πόλις ἠδίκητο, οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα. καίτοι σύγ' ἔφησθά με ταῦτα λέγοντα εἰς ἔχθραν ἐμβαλεῖν τουτουσί, Εὐβούλου καὶ Ἀριστοφῶντος καὶ Διοπείθους τῶν περὶ τούτων ὄντων ψηφισμάτων, οὐκ ἐμῶν, ὦ λέγων εὐχερῶς πᾶν ὅ τι ἂν βουληθῇς. οὐ-

loco aptissimam addit vim.

tur a Philippo Ol. CV, 3., archonte Cephisodoto. Eodem anno item Pydna, urbs maritima in ea parte Macedoniae, quae Pieria nominabatur, sita apud sinum Thermaicum. *Ποτίδαια*, urbs Macedoniae ad fines Thraciae ad Isthmum Pallenes, eodem anno in Philippi potestatem redacta. *Ἁλόννησος*, Cycladum [!] una, a piratis occupata stationem praebebat ipsorum navibus atque opportunitatem oras Macedoniae invadendi. Quamobrem illos Philippus vi eiecit et insulae potitus est.

§. 70. *Σέῤῥιον*, promontorium Thraciae, castellum in monte. *Δορίσκος*, urbs Thraciae et campus in littore, in quo Persarum olim praesidium erat constitutum, ubi Xerxes exercitum suum adversus Graecos recensuit. *Πεπάρηθος*, una Cycladum, cum urbe eiusdem nominis. Haec loca omnia sibi subiecit Philippus.

Ἀριστοφῶν, a demo, unde ortus erat, *Κολυττεὺς* dictus, orator celebris, apud quem scribae munere functus esse fertur Aeschines. Erant tres huius nominis viri, qui magna apud Athenienses valebant auctoritate et gratia, de quibus exponit Ruhnkenius in Historia Crit. Oratt. Graec. p. 45 ss. [Cf. A. G. Becker. in Erschii et Grub. Encyclopaedia. Vol. V. p. 272 s.] — *Διοπείθης*, imperator Atheniensis, ducens coloniam in Chersonesum, a Chersonesitis praeter Cardianos benigne excipiebatur. Cardiani autem in Philippi fidem se dediderunt. Quum Philippus postularet ab Atheniensibus, ut Cardianis abstinerent, Diopithes Macedoniae oram maritimam depopulatus est, Philippo absente et in Thracia bellum gerente. Qua de re flagitante Philippo Diopithes in iudicium vocatus est Athenis.

71 δὲ νῦν περὶ τούτων ἐρῶ. ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος καὶ κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικήν, καὶ Μεγάροις ἐπιχειρῶν, καὶ καταλαμβάνων Ὠρεόν, καὶ κατασκάπτων Πορθμόν, καὶ καθιστὰς ἐν μὲν Ὠρεῷ Φιλιστίδην τύραννον, ἐν δ' Ἐρετρίᾳ Κλείταρχον, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος, καὶ Βυζάντιον πολιορκῶν, καὶ πόλεις Ἑλληνίδας ἃς μὲν ἀναιρῶν, εἰς ἃς δὲ τοὺς φυγάδας κατάγων, πότερον ταῦτα πάντα ποιῶν ἠδίκει καὶ παρεσπόνδει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ; καὶ πότερον φανῆναί τινα τῶν Ἑλλήνων τὸν ταῦτα κω-
72 λύσοντα ποιεῖν αὐτὸν ἐχρῆν, ἢ μή; εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐχρῆν, ἀλλὰ τὴν Μυσῶν λείαν καλουμένην τὴν Ἑλλάδα οὖσαν ὀφθῆναι, ζώντων Ἀθηναίων καὶ ὄντων, περιείργασμαι μὲν ἐγὼ περὶ τούτων εἰπών, περιείργασται δ' ἡ πόλις ἡ πεισθεῖσα ἐμοί, ἔστω δὲ ἀδι-

§. 71. *σφετεριζόμενος*] Philippus cum calliditate imperii sui prorogationem sectans, intelligebat, si vellet princeps esse Graeciae, Athenienses quaque ratione eo sibi redigendos esse, ut sua ipsius consilia impedire cum successu non possent. Hinc studebat Atticam undique sic obsidere, ut, si eos ab omni parte aggrederetur, effugiendi spes nulla esset. Ab Oriente igitur Euboea erat suae auctoritati subiicienda. Hinc in potentissimis Euboeae urbibus tyrannos instituit, qui partibus Macedonum addicti essent; nec vero Athenienses negligebant in tempore Philippi conatibus obsistere. Ab Occidente autem Megaris inhiabat Philippus. Ex hac enim urbe facilis erat invasio in Atticam.

Ὠρεός, urbs Euboeae, antiquis temporibus Histiaea dicta, cuius cives quartam fere insulae partem subditam habebant. Philippus hanc urbem occupavit proditione ibique instituit Philistidem: quem tamen Athenienses eiecerunt per expeditionem auctore Demosthene in Euboeam susceptam. *Πορθμός*, locus in ora Euboeae, ubi tum ex Euboea, tum ex Attica naves appellebant, vicinus Eretriae. Clitarchus primo per Plutarchum Atheniensium copiis adiutum ex Eretria eiectus erat, tum ad Philippum confugit, eiusque ope imperium in cives adeptus est.

τὰς πόλεις Ἑλληνίδας] Inprimis Phocidis urbes et Thebas intelligit. *φυγάδες* sunt ii, qui a partibus, quae principatum tenebant, in exilium erant acti. *κατάγειν* verbum proprium est de iis, qui restituunt exsules, i. e. iura civium et possessiones, quas olim habuerant, iis iterum comparant. *πόλεις Ἑλληνίδας ἃς μὲν* cet. Schema Homericum, ex quo totum atque pars eodem casu ponuntur. Conf. §. 182.

κήματα πάντα ἃ πέπρακται καὶ ἁμαρτήματα ἐμά. εἰ δὲ ἔδει τινὰ τούτων κωλυτὴν φανῆναι, τίνα ἄλλον ἢ τὸν Ἀθηναίων δῆμον προςῆκε γενέσθαι; ταῦ- 219
τα τοίνυν ἐπολιτευόμην ἐγώ, καὶ ὁρῶν καταδουλούμενον πάντας ἀνθρώπους ἐκεῖνον ἠναντιούμην, καὶ προλέγων καὶ διδάσκων μὴ προΐεσθαι ταῦτα Φι-
λίππῳ διετέλουν. Καὶ μὴν τὴν εἰρήνην γ' ἐκεῖνος 73
ἔλυσε τὰ πλοῖα λαβών, οὐχ ἡ πόλις, Αἰσχίνη. φέρε δὴ αὐτὰ τὰ ψηφίσματα καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν τοῦ Φιλίππου καὶ λέγε ἐφεξῆς· ἀπὸ γὰρ τούτων ἐξεταζομένων, τίς τίνος αἴτιός ἐστι, γενήσεται φανερόν. λέγε.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

„Ἐπὶ ἄρχοντος Νεοκλέους, μηνὸς Βοηδρομιῶ-

§. 72. *Μυσῶν λείαν*] Harpocration: παροιμία, ἥν φησι Δήμων ἐν τεσσαρακοστῇ τῶν παροιμιῶν τὴν ἀρχὴν λαβεῖν ἀπὸ τῶν καταδραμόντων ἀστυγειτόνων τε καὶ λῃστῶν τὴν Μυσίαν. Proverbium in eos, qui impune a quibuslibet laeduntur ac diripiuntur, nec meditari ultionem possunt.

ζώντων Ἀθηναίων καὶ ὄντων] Marklandus et Taylor, qui non intelligunt, quid intersit inter ζώντων et ὄντων, coniecerunt ille ἰδόντων, hic ὁρώντων pro ὄντων. Nec negari potest verba videndi interdum iuncta inveniri cum ζῆν. Nulla tamen opus mutatione. εἶναι enim hic plus est quam ζῆν. ζῆν spectat vitam animalem, εἶναι vitam civilem: dum vivunt Athenienses et civitatis sibi nomen vindicant. Est eiusdem generis, quo Demosthenem synonyma per gradus iungere iam saepe vidimus.

περιείργασμαι] περίεργος dicitur is, qui rem vanam et inutilem tractat quasi gravem et salubrem. Hinc iungitur interdum cum ἄτοπος ut synonymum. Perfectum εἴργασμαι et composita apud Atticos plerumque habent significationem activam; passiva tamen non prorsus ab iis reiecta est.

§. 73. *τὰ πλοῖα λαβών*] Intelliguntur naves, quae Leodamante Navarcho in Hellespontum ab Atheniensibus missae erant, ut inde triticum in Lemnum deferrent. Hoc incidit in Ol. CIX, 4., quo anno Nicomachus erat archon eponymus. Ergo Neocles, cuius mentio fit in eo quod sequitur psephismate, erat hoc anno archon pseudeponymus. Conf. Excurs. II. [Vid. Böckh. de Arch. Pseudep. p. 138 s.]

Βοηδρομιῶνος] Βοηδρομιὼν incipit a 10. Septembris et pertinet ad 9. Octobris.

„νος, ἐκκλησίας συγκλήτου ὑπὸ στρατηγῶν (συναχθείσης) Εὔβουλος Μνησιθέου (Κύπριος) εἶπεν, ἐπειδὴ προςήγγειλαν οἱ στρατηγοὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς „ἄρα Λεωδάμαντα τὸν ναύαρχον καὶ τὰ μετ' αὐ-„τοῦ ἀποσταλέντα σκάφη εἴκοσιν ἐπὶ τὴν τοῦ σίτου „παραπομπὴν εἰς Ἑλλήςποντον ὁ παρὰ Φιλίππου „στρατηγὸς Ἀμύντας καταγήοχεν εἰς Μακεδονίαν „καὶ ἐν φυλακῇ ἔχει, ἐπιμεληθῆναι τοὺς πρυτάνεις „καὶ τοὺς στρατηγούς, ὅπως ἡ βουλὴ συναχθῶσι,
74 „καὶ αἱρεθῶσι πρέσβεις πρὸς Φίλιππον, οἵτινες πα-„ραγενόμενοι διαλέξονται πρὸς αὐτὸν περὶ τοῦ ἀφε-

§. 73. *ἐκκλησίας συγκλήτου ὑπὸ στρατηγῶν συναχθείσης*] Quum vocabulum *συναχθείσης* in plurimis desit codd., in aliis autem teste Tayloro pro eo legatur *γενομένης*, quod interpretationis gratia non potuit substitui pro *συναχθείσης*, quippe quod interpretatione ipsum non indigeat, apparet et *συναχθείσης* et *γενομένης* esse spurium adiectumque ab aliquo, qui non videret verba *ὑπὸ στρατηγῶν* pendere a *συγκλήτου*. — In eodem psephismate in verbis *εἰ δὲ μηδέτερον τούτων ἔστιν, ἀλλ' ἰδίᾳ ἀγνωμονοῦσιν ἢ ὁ ἀποστείλας ἢ ὁ ἀπεσταλμένος, καὶ τοῦτο γράψαι λέγειν, ἵνα κ. τ. λ.*, vocabulum *γράψαι* quod summam parit difficultatem neque a quoquam interpretum explicatum est, damnatur a plurimis optimisque testibus. Et recte quidem, modo intelligas *λέγειν*

ἐκκλησία σύγκλητος est concio extraordinaria, non inter eas, quae cuivis prytaniae lege definitae erant, quarum erant quattuor. Valckenaerius ad Ammonium Animadvv. p. 72. monet *σύγκλητον ἐκκλησίαν* et *κατακλησίαν* id habuisse commune, quod utraque extra consuetum ordinem et in rebus gravioribus convocata sit; id privum habuisse *κατακλησίαν*, quod etiam ad eam praeter Athenarum incolas *οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν* evocati cogerentur.

ὑπὸ στρατηγῶν] Strategi, qui in urbe remanserant Athenis, ius habebant extraordinarias populi conciones habendi, de rebus inprimis, quae ad rem militarem bellique usus pertinebant.

Εὔβουλος Κύπριος probe distinguendus ab Eubulo Anaphlystio, celebri illo oratore, cuius iam saepius erat mentio. Num *Κύπριος* corruptum sit, et eius loco nomen certum *δημότου*, v. c. *Κυθήριος* (*Κύθηρον* erat δῆμος φυλῆς Πανδιονίδος) ex coniectura Valesii restituendum sit, non decernam. [Hanc unice probat F. A. Wolfius ad Or. Leptin. p. 245.]

Λεωδάμαντα] Num hic Leodamas navarchus idem sit cum oratore Leodamante, discipulo Isocratis, qui Aeschinis iudicio erat *οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος*, nescio. In re ipsa nihil est, quod impediat. Eo minus certi quid statui potest, quod idem in epistola, quae sequitur, Philippi appelletur *Λαομέδων*, nisi hoc sit ex librariorum corruptione. [*Λαομέδων* scriptum apud Liban.

„θῆναι τόν τε ναύαρχον καὶ τὰ πλοῖα καὶ τοὺς
„στρατιώτας. καὶ εἰ μὲν δι' ἄγνοιαν ταῦτα πεποίη-
„κεν ὁ Ἀμύντας, ὅτι οὐ μεμψιμοιρεῖ ὁ δῆμος οὐδὲν
„αὐτῷ· εἰ δέ τι πλημμελοῦντα παρὰ τὰ ἐπεσταλμέ-
„να λαβών, ὅτι ἐπισκεψάμενοι Ἀθηναῖοι ἐπιτιμή-
„σουσι κατὰ τὴν τῆς ὀλιγωρίας ἀξίαν. εἰ δὲ μηδέ-
„τερον τούτων ἐστιν, ἀλλ' ἰδίᾳ ἀγνωμονοῦσιν ἢ ὁ
„ἀποστείλας ἢ ὁ ἀπεσταλμένος, καὶ τοῦτο γράψαι 250
„λέγειν, ἵνα αἰσθανόμενος ὁ δῆμος βουλεύσηται, τί
„δεῖ ποιεῖν."

Τοῦτο μὲν τοίνυν τὸ ψήφισμα Εὔβουλος ἔγρα- 75

neque ad populum, nec ad senatum, nec ad legatos referendum, sed ad Philippum, ita ut hoc (τὸν Φίλιππον) λέγειν pendeat ab ἐροῦσι (sensu iubendi), quod ex διαλέξονται ad unamquamque enuntiationem hypotheticam subintelligendum est, hoc sensu: si quam ob rem privatam infensi sunt ἢ ὁ ἀποστ. ἢ ὁ ἀπεστ., ut legati regem etiam hoc indicare iubeant, qua cognita re populus deliberet cett. Illatum γράψαι videtur ab eo, qui infinitivum λέγειν ad legatos referens pendere putavit ab Εὔβουλος εἶπεν, falsoque hanc sibi finxit sententiam: Eubulus dixit — oportere legatos iubere Philippum scribere ad Athenienses, si quam ob rem cett.

Vol. IV. p. 299. 19.] τὴν τοῦ σίτου παραπομπήν] Quum παραπέμπειν proprium sit de iis, qui aliquem deducunt seu comitantur praesidii causa, inprimis naves frumentarias, παραπομπὴ τοῦ σίτου hic videtur esse deductio frumentariarum navium, quae Leodamanti erat mandata per viginti triremes, ita ut per πλοῖα hic triremes intelligendae sint.

κατάγήοχεν] Hanc perfecti formam improbant Grammaticorum antiquorum optimi, ut Phrynichus p. 121., nec Atticis scriptoribus eam usitatam fuisse monet Lobeck. Sed quod in actis publicis invenitur, id argumento est iam bonis temporibus vulgum illiteratorum ita locutum esse, unde ad posteritatem transmissum est vitium, quae posteritas in longiore forma ἀγήοχα pro ἦχα elegantiam agnovit.

§. 74. μεμψιμοιρεῖ] Etiam hoc verbum per acta publica demum videtur in scriptorum sermonem transiisse. Adiectivum μεμψίμοιρος iam bonae aetatis est de eo, qui de sorte sua queritur. μεμψιμοιρεῖν plerumque addito dativo est aliquem increpare, alicui crimini vertere.

πλημμελοῦντα] sc. Λεωδάμαντα. Sensus est: Si Amyntas Leodamantem navesque ceperit, quod dux contra populi mandata aliquid deliquerit, promittere Athenienses se Leodamantem in iudicium vocaturos et iustas ab eo poenas exacturos.

ἀγνωμονεῖν sensu civili di-

ψεν, οὐκ ἐγώ, τὸ δ' ἐφεξῆς Ἀριστοφῶν, εἶθ' Ἡγήσιππος, εἶτ' Ἀριστοφῶν πάλιν, εἶτα Φιλοκράτης, εἶτα Κηφισοφῶν, εἶτα πάντες οἱ ἄλλοι· ἐγὼ δ' οὐδὲν περὶ τούτων. λέγε τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

„Ἐπὶ Νεοκλέους ἄρχοντος, Βοηδρομιῶνος ἕνῃ „καὶ νέᾳ, βουλῆς γνώμῃ, πρυτάνεις καὶ στρατηγοὶ „ἐχρημάτισαν τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀνενεγκόντες, „ὅτι ἔδοξε τῷ δήμῳ πρέσβεις ἑλέσθαι πρὸς Φίλιπ„πον περὶ τῆς τῶν πλοίων ἀνακομιδῆς, καὶ ἐντολὰς „δοῦναι καὶ τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ψηφίσματα. καὶ „εἵλοντο τούσδε· Κηφισοφῶντα Κλέωνος Ἀναφλύ„στιον, Δημόκριτον Δημοφῶντος Ἀναγυράσιον, Πο„λύκριτον Ἀπημάντου Κοθωκίδην. πρυτανείᾳ φυλῆς „Ἱπποθοωντίδος Ἀριστοφῶν Κολυττεὺς πρόεδρος εἶ„πεν.“

76 Ὥςπερ τοίνυν ἐγὼ ταῦτα δεικνύω τὰ ψηφίσματα,

eitur is, qui pravo consilio, mala fide agit.

§. 75. χρηματίζειν verbum est proprium de ratione senatus res ad populum referendi. Nempe primum erat in senatu προβούλευμα, consultum, concipiendum, tum id ad populum proponendum, eiusque ratio reddenda, ut tanto melius cives causam cognoscerent. Tum praeses (ἐπιστάτης) cuique volenti secundum leges dicendi copiam faciebat. Quum perorassent qui volebant, rogabat, quid populus censeret. Quum nemo vetaret, ne concio in suffragia mitteretur, epistates eius rei copiam faciebat.

ἀνακομιδή] ἀνακομίζεσθαι, quae quis iam possedit, sed amisit, iterum sibi acquirere, recuperare. Hinc ἀνακομιδή, recuperatio.

πρυτανεία est decima pars anni, tempus illud, per quod singulae tribus praesidebant senatui et populi concioni. Distributis 354. diebus anni vulgaris lunaris singulis prytaniis contingunt dies 35., residuis quattuor, qui num per sortem divisi aut qua ratione, dubium est.

πρόεδρος] Proedri erant deni e prytanibus tribus πρυτανευούσης, ad septenos dies sorte creati, erantque per hos dies totius senatus principes et praesides, unde nomen habebant. Ex nostro autem loco patet etiam alios fuisse προέδρους quam φυλῆς πρυτανευούσης. Nam πρόεδρος Ἀριστοφῶν dicitur Κολυττεύς, tribus autem πρυτανεύουσα Ἱπποθοωντίς. Κόλυττος autem demus est tribus Αἰγηΐδος. Recte autem statuuntur praeter proedros tribus πρυτανευούσης etiam alii e reliqua-

οὕτω καὶ σὺ δεῖξον, Αἰσχίνη, ποῖον ἐγὼ γράψας ψήφισμα αἴτιός εἰμι τοῦ πολέμου. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις· εἰ γὰρ εἶχες, οὐδὲν ἂν αὐτοῦ πρότερον νυνὶ παρέσχου. καὶ μὴν οὐδ' ὁ Φίλιππος οὐδὲν αἰτιᾶταί με ὑπὲρ τοῦ πολέμου, ἑτέροις ἐγκαλῶν. λέγε δ' αὐτὴν τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Φιλίππου.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΦΙΛΙΠΠΟΥ. 77

„Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος Ἀθηναίων τῇ „βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. παραγενόμενοι πρὸς „ἐμὲ οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταί, Κηφισοφῶν καὶ Δη- 251
„μόκριτος καὶ Πολύκριτος, διελέγοντο περὶ τῆς τῶν „πλοίων ἀφέσεως, ὧν ἐναυάρχει Λαομέδων. καθόλου „μὲν οὖν ἔμοιγε φαίνεσθε ἐν μεγάλῃ εὐηθείᾳ (ἔσε-„σθαι, εἰ) οἴεσθ' ἐμὲ λανθάνειν, ὅτι ἐξαπεστάλη „ταῦτα τὰ πλοῖα πρόφασιν μὲν ὡς τὸν σῖτον πα-„ραπέμψοντα ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου εἰς Λῆμνον, βοη-„θήσοντα δὲ Σηλυμβριανοῖς, τοῖς ὑπ' ἐμοῦ μὲν πο-

rum novem tribuum prytaniam eo tempore non gerentium senatoribus, sorte creati a Prytanum epistata, quoties aut senatus aut populus convocandus erat. Eorum erant novem, singuli e singulis tribubus non πρυτανευούσαις ad singulos dies, quibus aut senatus aut comitia haberentur, creati. Quaenam fuerint illorum munera, vix certo definiri potest. Hic Aristophon πρόεδρος videtur publica auctoritate hoc psephisma subscripsisse.

§. 76. νυνὶ παρέσχου] Fuerunt Grammatici, qui contenderent, νυνὶ nonnisi cum tempore praesenti construi posse, νῦν autem omnium esse temporum. Id quidem verum est, νυνὶ tempus praesens fortius exprimere quam νῦν. Verum toties etiam praeterito vel futuro tempori additum invenimus, ut accuratus criticus eam coniunctionem repudiare non possit, eamque coniunctionem etiam agnovit Lobeck ad Phryn. p. 19. νυνὶ ποιήσω, gerade jetzt werde ich es thun; νυνὶ ἐποίησα, gerade jetzt habe ich es gethan.

§. 77. πρόφασιν] Saepe hic accusativus absolutus ponitur, sub praetextu.

Σηλυμβριανοῖς] Σηλυμβρία, urbs Thraciae, quae a Strabone Σηλυβρία dicitur. Nomen nempe ἀπὸ Σήλυος, qui eam condidit. Βρία autem lingua Thracum idem significabat, quod Graecis πόλις. Dicitur Megarensium colonia fuisse. [Strabo VII. p. 319.] Haec urbs videtur a Philippo obsessa fuisse Ol. CIX, 4. vel CX, 1.

„λιορκουμένοις, οὐ συμπεριειλημμένοις δὲ ἐν ταῖς
78 „τῆς φιλίας κοινῇ κειμέναις ἡμῖν συνθήκαις. καὶ „ταῦτα συνετάχθη τῷ ναυάρχῳ ἄνευ μὲν τοῦ δήμου „τῶν Ἀθηναίων, ὑπὸ δέ τινων ἀρχόντων καὶ ἑτέ„ρων, ἰδιωτῶν μὲν νῦν ὄντων, ἐκ παντὸς δὲ τρό„που βουλομένων τὸν δῆμον ἀντὶ τῆς νῦν ὑπαρ„χούσης πρὸς ἐμὲ φιλίας τὸν πόλεμον ἀναλαβεῖν, „πολλῷ μᾶλλον φιλοτιμουμένων τοῦτο συντετελέσθαι „ἢ τοῖς Σηλυμβριανοῖς βοηθῆσαι. καὶ ὑπολαμβάνου„σιν αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο πρόσοδον ἔσεσθαι. οὐ μέν„τοι μοι δοκεῖ τοῦτο χρήσιμον ὑπάρχειν οὔθ' ὑμῖν „οὔτ' ἐμοί. διόπερ τά τε νῦν καταχθέντα πλοῖα „πρὸς ἡμᾶς ἀφίημι ὑμῖν, καὶ τοῦ λοιποῦ, ἐὰν βού„λησθε μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς προεστηκόσιν ὑμῶν κα„κοήθως πολιτεύεσθαι, ἀλλ' ἐπιτιμᾶτε, πειράσομαι „κἀγὼ διαφυλάττειν τὴν εἰρήνην. εὐτυχεῖτε."

79 Ἐνταῦθ' οὐδαμοῦ Δημοσθένη γέγραφεν, οὐδ' αἰτίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ. τί ποτ' οὖν τοῖς ἄλλοις ἐγκαλῶν τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων οὐχὶ μέμνηται; ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, εἴ τι

§. 79. *γέγραφε*] aut *ἔγραφεν* cum Bekkero, aut *ἐγεγράφει*

§. 78. *ἄνευ μὲν τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων*] *ἄνευ* est clam, aut vero iniussu, cuius significationis exempla vide apud Goeller. ad Thucyd. 1, 129.

τοῦ λοιποῦ differt a *τὸ λοιπόν*, ut *τὸ λοιπὸν* continuum et perpetuum tempus significet, *τοῦ λοιποῦ* repetitionem eiusdem facti reliquo tempore, quoties occasio se obtulerit.

§. 79. *ἐνταῦθ' οὐδαμοῦ* cet.] Quod Philippus Demosthenem nominatim non appellaverit in ea epistola, qua de Atheniensium nonnullorum consiliis sibi inimicis conquestus est, Demosthenes concludere vult a Philippo saltem inimicitiarum culpam in se non conferri. At vide, ne nimium orator hoc argumento efficere voluerit. Nam neque aliorum nomina Philippus, qui sibi Athenis adversarentur, indicavit, et epistola eius tota est eiusmodi, ut non sine irrisione aliqua et contemtu Athenienses omnium nimirum hominum sapientissimos de vera ipsorum reipublicae ratione edoceat ideoque satis habeat istorum *τινῶν ἀρχόντων καὶ ἑτέρων ἰδιωτῶν* strictim iniicere mentionem, quorum nomina noli putare *τὸν αὐτοκράτορα* verecundia quadam scribere noluisse, sed praetermisisse tanquam rem tanto rege indignam.

τούτων γὰρ εἰχόμην] *ἔχεσθαί τινος*, ex re aliqua pendere, alicui rei insistere. No-

περὶ ἐμοῦ (γέγραφε) τούτων γὰρ εἰχόμην ἐγώ, καὶ
τούτοις ἠναντιούμην. καὶ πρῶτον μὲν τὴν εἰς Πελο- 252
πόννησον πρεσβείαν ἔγραψα, ὅτε πρῶτον ἐκεῖνος εἰς
Πελοπόννησον παρεδύετο, εἶτα τὴν εἰς Εὔβοιαν,
ἡνίκ' Εὐβοίας ἥπτετο, εἶτα τὴν ἐπ' Ὠρεὸν ἔξοδον,
οὐκέτι πρεσβείαν, καὶ τὴν εἰς Ἐρέτριαν, ἐπειδὴ τυ-
ράννους ἐκεῖνος ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι κατέστησε.
μετὰ ταῦτα δὲ τοὺς ἀποστόλους ἅπαντας ἀπέστειλα, 80
καθ' οὓς Χεῤῥόνησος ἐσώθη καὶ Βυζάντιον καὶ
πάντες οἱ σύμμαχοι. ἐξ ὧν ὑμῖν μὲν τὰ κάλλιστα,
ἔπαινοι, δόξαι, τιμαί, στέφανοι, χάριτες, παρὰ τῶν
εὖ πεπονθότων ὑπῆρχον, τῶν δ' ἀδικουμένων τοῖς
μὲν ὑμῖν τότε πεισθεῖσιν ἡ σωτηρία περιεγένετο,
τοῖς δ' ὀλιγωρήσασι τὸ πολλάκις ὧν ὑμεῖς προεί-
πατε μεμνῆσθαι, καὶ νομίζειν ὑμᾶς μὴ μόνον εὔνους
ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ φρονίμους ἀνθρώπους καὶ μάν-
τεις εἶναι· πάντα γὰρ ἐκβέβηκεν ἃ προείπατε αὐτοῖς.
καὶ μὴν ὅτι πολλὰ μὲν ἂν χρήματα ἔδωκε Φιλιστί- 81
δης, ὥστ' ἔχειν Ὠρεόν, πολλὰ δὲ Κλείταρχος, ὥστ'
ἔχειν Ἐρέτριαν, πολλὰ δ' αὐτὸς ὁ Φίλιππος, ὥστε

scribendum videtur.

tio determinatur per sequens ἠναντιούμην.

εἰς Πελοπόννησον παρεδύετο] Hyperbolice hoc dictum esse nec de invasione Peloponnesi intelligendum, quod ipse Demosthenes Philipp. III. p. 123. dicit ἐποιήσαμεν ἐπισχεῖν ἐκεῖνον — μήτ' ἐς Πελοπόννησον ὁρμῆσαι. Atque id ipsum hic videtur Demosthenes significare per verbum παρεδύετο, in quo inest notio clandestinae et callidae insinuationis. Nempe Philippus factiones in singulis Peloponnesi partibus habebat et Lacedaemoniorum potentiam admodum deminuebat. Et sic Demosthenis hic verba intelligenda.

Εὔβοιαν] Nempe quum Euboea discordiis laceraretur, Philippus optimatium factioni suppetias tulit, et Orei Philistidem, Eretriae Clitarchum instituit. Cf. supra p. 248. cum annotationibus.

§. 80. ἀπόστολοι sunt classes, quae aliquo mittuntur; ἀποστολεῖς sunt earum praefecti.

μάντεις, qui probe attendentes ad connexionem rerum earumque causas et effectus, futura cum fiducia praedicere possunt.

ἐκβαίνειν] saepe dicitur de eventu, rerum exitu.

§. 81. πολλὰ μὲν — πολλὰ δὲ — πολλὰ δ'] Haec est ea figura, quam rhetores ἐπαναφοράν, epanaphoram, appel-

„λιορκουμένοις, οὐ συμπεριειλημμένοις δὲ ἐν ταῖς
78 „τῆς φιλίας κοινῇ κειμέναις ἡμῖν συνθήκαις. καὶ „ταῦτα συνετάχθη τῷ ναυάρχῳ ἄνευ μὲν τοῦ δήμου „τῶν Ἀθηναίων, ὑπὸ δέ τινων ἀρχόντων καὶ ἑτέ„ρων, ἰδιωτῶν μὲν νῦν ὄντων, ἐκ παντὸς δὲ τρό„που βουλομένων τὸν δῆμον ἀντὶ τῆς νῦν ὑπαρ„χούσης πρὸς ἐμὲ φιλίας τὸν πόλεμον ἀναλαβεῖν, „πολλῷ μᾶλλον φιλοτιμουμένων τοῦτο συντετελέσθαι „ἢ τοῖς Σηλυμβριανοῖς βοηθῆσαι. καὶ ὑπολαμβάνου„σιν αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο πρόσοδον ἔσεσθαι. οὐ μέν„τοι μοι δοκεῖ τοῦτο χρήσιμον ὑπάρχειν οὔθ' ὑμῖν „οὔτ' ἐμοί. διόπερ τά τε νῦν καταχθέντα πλοῖα „πρὸς ἡμᾶς ἀφίημι ὑμῖν, καὶ τοῦ λοιποῦ, ἐὰν βού„λησθε μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς προεστηκόσιν ὑμῶν κα„κοήθως πολιτεύεσθαι, ἀλλ' ἐπιτιμᾶτε, πειράσομαι „κἀγὼ διαφυλάττειν τὴν εἰρήνην. εὐτυχεῖτε.“

79 Ἐνταῦθ' οὐδαμοῦ Δημοσθένη γέγραφεν, οὐδ' αἰτίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ. τί ποτ' οὖν τοῖς ἄλλοις ἐγκαλῶν τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων οὐχὶ μέμνηται; ὅτι τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ, εἴ τι

§. 79. *γέγραφε*] aut *ἔγραφεν* cum Bekkero, aut *ἐγεγράφει*

§. 78. *ἄνευ μὲν τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων*] *ἄνευ* est clam, aut vero iniussu, cuius significationis exempla vide apud Goeller. ad Thucyd. I, 129.

τοῦ λοιποῦ differt a *τὸ λοιπὸν*, ut *τὸ λοιπὸν* continuum et perpetuum tempus significet, *τοῦ λοιποῦ* repetitionem eiusdem facti reliquo tempore, quoties occasio se obtulerit.

§. 79. *ἐνταῦθ' οὐδαμοῦ* cet.] Quod Philippus Demosthenem nominatim non appellaverit in ea epistola, qua de Atheniensium nonnullorum consiliis sibi inimicis conquestus est, Demosthenes concludere vult a Philippo saltem inimicitiarum culpam in se non conferri. At vide, ne nimium orator hoc argumento efficere voluerit. Nam neque aliorum nomina Philippus, qui sibi Athenis adversarentur, indicavit, et epistola eius tota est eiusmodi, ut non sine irrisione aliqua et contemtu Athenienses omnium nimirum hominum sapientissimos de vera ipsorum reipublicae ratione edoceat ideoque satis habeat istorum *τινῶν ἀρχόντων καὶ ἑτέρων ἰδιωτῶν* strictim iniicere mentionem, quorum nomina noli putare *τὸν αὐτοκράτορα* verecundia quadam scribere noluisse, sed praetermisisse tanquam rem tanto rege indignam.

τούτων γὰρ εἰχόμην] *ἔχεσθαί τινος*, ex re aliqua pendere, alicui rei insistere. No-

περὶ ἐμοῦ (γέγραφε) τούτων γὰρ εἰχόμην ἐγώ, καὶ
τούτοις ἠναντιούμην. καὶ πρῶτον μὲν τὴν εἰς Πελο- 252
πόννησον πρεσβείαν ἔγραψα, ὅτε πρῶτον ἐκεῖνος εἰς
Πελοπόννησον παρεδύετο, εἶτα τὴν εἰς Εὔβοιαν,
ἡνίκ' Εὐβοίας ἥπτετο, εἶτα τὴν ἐπ' Ὠρεὸν ἔξοδον,
οὐκέτι πρεσβείαν, καὶ τὴν εἰς Ἐρέτριαν, ἐπειδὴ τυ-
ράννους ἐκεῖνος ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι κατέστησε.
μετὰ ταῦτα δὲ τοὺς ἀποστόλους ἅπαντας ἀπέστειλα, 80
καθ' οὓς Χεῤῥόνησος ἐσώθη καὶ Βυζάντιον καὶ
πάντες οἱ σύμμαχοι. ἐξ ὧν ὑμῖν μὲν τὰ κάλλιστα,
ἔπαινοι, δόξαι, τιμαί, στέφανοι, χάριτες, παρὰ τῶν
εὖ πεπονθότων ὑπῆρχον, τῶν δ' ἀδικουμένων τοῖς
μὲν ὑμῖν τότε πεισθεῖσιν ἡ σωτηρία περιεγένετο,
τοῖς δ' ὀλιγωρήσασι τὸ πολλάκις ὧν ὑμεῖς προεί-
πατε μεμνῆσθαι, καὶ νομίζειν ὑμᾶς μὴ μόνον εὔνους
ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ φρονίμους ἀνθρώπους καὶ μάν-
τεις εἶναι· πάντα γὰρ ἐκβέβηκεν ἃ προείπατε αὐτοῖς.
καὶ μὴν ὅτι πολλὰ μὲν ἂν χρήματα ἔδωκε Φιλιστί- 81
δης, ὥστ' ἔχειν Ὠρεόν, πολλὰ δὲ Κλείταρχος, ὥστ'
ἔχειν Ἐρέτριαν, πολλὰ δ' αὐτὸς ὁ Φίλιππος, ὥστε

scribendum videtur.

tio determinatur per sequens ἠναντιούμην.

εἰς Πελοπόννησον παρεδύετο] Hyperbolice hoc dictum esse nec de invasione Peloponnesi intelligendum, quod ipse Demosthenes Philipp. III. p. 123. dicit ἐποιήσαμεν ἐπισχεῖν ἐκεῖνον — μήτ' ἐς Πελοπόννησον ὁρμῆσαι. Atque id ipsum hic videtur Demosthenes significare per verbum παρεδύετο, in quo inest notio clandestinae et callidae insinuationis. Nempe Philippus factiones in singulis Peloponnesi partibus habebat et Lacedaemoniorum potentiam admodum deminuebat. Et sic Demosthenis hic verba intelligenda.

Εὔβοιαν] Nempe quum Euboea discordiis laceraretur, Philippus optimatium factioni suppetias tulit, et Orei Philistidem, Eretriae Clitarchum instituit. Cf. supra p. 248. cum annotationibus.

§. 80. ἀπόστολοι sunt classes, quae aliquo mittuntur; ἀποστολεῖς sunt earum praefecti.

μάντεις, qui probe attendentes ad connexionem rerum earumque causas et effectus, futura cum fiducia praedicere possunt.

ἐκβαίνειν] saepe dicitur de eventu, rerum exitu.

§. 81. πολλὰ μὲν — πολλὰ δὲ — πολλὰ δ'] Haec est ea figura, quam rhetores ἐπαναφοράν, epanaphoram, appel-

ταῦθ᾿ ὑπάρχειν ἐφ᾿ ὑμᾶς αὐτῷ καὶ περὶ τῶν ἄλλων
μηδὲν ἐξελέγχεσθαι, μηδ᾿ ἃ ποιῶν ἠδίκει μηδένα ἐξε-
τάζειν πανταχοῦ, οὐδεὶς ἀγνοεῖ, καὶ πάντων ἥκιστα
82 σύ· οἱ γὰρ παρὰ τοῦ Κλειτάρχου καὶ τοῦ Φιλιστί-
δου τότε πρέσβεις δεῦρ᾿ ἀφικνούμενοι παρὰ σοὶ κα-
τέλυον, Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν· οὓς ἡ
μὲν πόλις ὡς ἐχθροὺς καὶ οὔτε δίκαια οὔτε συμφέ-
ροντα λέγοντας ἀπήλασε, σοὶ δ᾿ ἦσαν φίλοι. οὐ
τοίνυν ἐπράχθη τούτων οὐδέν, ὦ βλασφημῶν περὶ

lant. De ea sic scribit Aquila Romanus de figuris sententiarum et elocutionis n. 34. „Hac figura frequentissime et Demosthenes et M. Tullius et omnes vehementes oratores utuntur, quando praecipue et ipsi commoti videri volunt et iudicem commovere. Constat autem ex eo, quod eadem pars orationis saepius per singulos ambitus, aut per singula membra, interdum etiam brevius per caesa, quae κόμματα appellant, repetitur.“ Nostrum locum ut exemplum huius figurae laudat Tiberius rhetor περὶ σχημάτων p. 50.

ἐφ᾿ ὑμᾶς] contra vos. Nempe tyrannos, ipsi addictos, instituebat Philippus, ut in obsidione teneret Athenienses.

ἐξελέγχεσθαι, quod librarii saepissime in simplex ἐλέγχεσθαι corruperunt,] significat per accuratum examen convinci.

§. 82. παρὰ σοὶ κατέλυον] Quanquam Moeris p. 241. dicat κατάγεσθαι Ἀττικὸν esse, καταλύειν Ἑλληνικόν, tamen etiam καταλύειν eodem sensu devertendi apud probos Atticos dicitur. Num vero substantivum κατάλυμα Atticis usitatum fuerit, dubito; sed antiqui pro eo usurpant καταγώγιον. Apud posteriores autem κατάλυμα frequentius est quam καταγώγιον.

προὐξένεις] Scholiastes Aristophanis Ran. 1022. προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας. Hinc προξενεῖν cum gen. hospites excipere.

σοὶ δ᾿ ἦσαν φίλοι] Ex antecedente οὓς assumendum οἵ. Non solent enim repetere pronomen relativum, etiamsi constructio alium eius casum postulet. Vide Rost. Gr. §. 123. annot. 6.

§. 83. Ἀριστονίκου] In huius laudem infra narrat p. 329. Demosthenes eum, iure dicendi et honorum petendorum spoliatum, quum ab amicis pecuniae summam collegisset ad recuperandam ἐπιτιμίαν, post cladem Chaeronensem pecuniam illam maluisse conferre ad salutem patriae quam ad recuperationem sui honoris.

δευτέρου κηρύγματος ἤδη μοι τούτου γιγνομένου] Taylorus δευτέρου κηρύγματος τούτου ad Aristonici ψήφισμα redire arbitratus est quum in annotatione ad hunc locum, tum in praefatione p. 15 sqq. apud Harlesium ed. II., cui opinioni primo adspectu propter rationem grammaticam potueris favere, quum praesertim Pseudoplutarchus in decem oratt. vitis tom. XII. p. 263. ed. Hutten. [T. II. p. 846. A. ed. Frcfrt.]

ἐμοῦ καὶ λέγων, ὡς σιωπῶ μὲν λαβών, βοῶ δ' ἀνα- 253
λώσας. ἀλλ' οὐ σύ γε, ἀλλὰ βοᾷς μὲν ἔχων, παύσῃ
δὲ οὐδέποτ', ἐὰν μή σε οὗτοι παύσωσιν ἀτιμώσαντες
τήμερον. στεφανωσάντων τοίνυν ὑμῶν ἐμὲ ἐπὶ τού- 83
τοις τότε, καὶ γράψαντος Ἀριστονίκου τὰς αὐτὰς
συλλαβάς, ἅςπερ οὑτοσὶ Κτησιφῶν νῦν γέγραφε, καὶ
ἀναῤῥηθέντος ἐν τῷ θεάτρῳ τοῦ στεφάνου, καὶ δευ-
τέρου κηρύγματος ἤδη μοι τούτου γιγνομένου, οὔτ'
ἀντεῖπεν Αἰσχίνης παρὼν οὔτε τὸν εἰπόντα ἐγράψα-

dicat: πολλάκις ἐστεφανώθη (ὁ Δημοσθένης), πρότερον μὲν ὑπὸ Δημοτελοῦς (Δημομελοῦς. codd. Vid. infra p. 302.], Ἀριστονίκου, Ὑπερείδου χρυσῷ στεφάνῳ, τελευταῖον δὲ ὑπὸ Κτησιφῶντος, undé colligas primi περὶ στεφανώσεως decreti auctorem fuisse Demotelem, Aristonicum secundi. Est etiam, quod contemnenda ducas ea, quae in eiusdem de Demosthenis vita scriptione extrema habentur verba p. 269. [T. II. p. 848. C.] πρῶτος δ' ἔγραψε στεφανωθῆναι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ Ἀριστόνικος Νικοφάνους Ἀναγυράσιος, ὑπωμόσατο δὲ Διώνδας. Haec enim lacinia manifesto deprehenditur ab alius cuiusdam Pseudoplutarchum nostrum ingenii laude non superantis manu correctionis causa esse adsuta, quum ex loco, quem obtinet ineptissime in libello extremo, tum ob novum errorem duplicem, quorum alter de Aristonico Anagyrasio (quum fuisset Phrearrhius) indicatus iam est a Tayloro, alter continetur eo, quod Diondas Aristonicum postulasse dicitur, quum postulasset Diomelem et Hyperidem. Nihilominus tamen Taylori sententia e vitarum scriptoris loco prius allato defendi non potest. Uterque enim locus e Demosthene manavit pessime intellecto. Hic enim in oratione nostra p. 302. §. 223. ταυτὶ τὰ ψηφίσματ', ὦ ἄνδρες Ἀ. — Demomelis et Hyperidae — τὰς αὐτὰς συλλαβὰς καὶ ταὐτὰ ῥήματ' ἔχει, ἅπερ πρότερον μὲν Ἀριστόνικος, νῦν δὲ Κτησιφῶν γέγραφεν οὑτοσί. κ. τ. λ. Unde apparet, tria omnino lata esse diversis temporibus de coronando Demosthene decreta, ex quibus primum fuit Aristonici, alterum Demomelis et Hyperidae, contra quod quum veniret Diondas, causa cecidit, Ctesiphontis tertium. Quae quum ita sint, δεύτερον illud κήρυγμα ad Aristonicum referri non potest. Reiskius autem, quum antea ceteris adstipulatus esset interpretibus, in annott. mutavit iudicium, „τούτου procul dubio, inquit, ad praeconium hoc, de quo nunc certatur, Ctesiphonteum referendum.“ Probat idem Schaeferus, hac addens: „non mirum fuisse qui τούτου secus intelligerent. Scilicet orator solam sectans periodi concinnitatem parumque curans logicam membrorum rationem ceteris membris syntactice iunxit quod variata constructione dirimendum esset. Quod si Demosthenes aliquanto λογικώτερον scripsisset ὥςτε δεύτερον κήρυγμά μοι τοῦτο γίγνεσθαι, nemo erat futurus qui τοῦτο perperam interpretaretur.“ Cui rationi primum hoc repugnat,

το. καί μοι λέγε καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα λαβών. λέγε.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

84 „Ἐπὶ Χαιρώνδου Ἡγέμονος ἄρχοντος, Γαμηλιῶ-„νος ἕκτη ἀπιόντος, φυλῆς πρυτανευούσης Λεοντί-„δος, Ἀριστόνικος Φρεάῤῥιος εἶπεν: ἐπειδὴ Δημο-„σθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς πολλὰς καὶ μεγά-„λας χρείας παρέσχηται τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων καὶ „πολλοῖς τῶν συμμάχων καὶ πρότερον, καὶ ἐν τῷ „παρόντι καιρῷ βεβοήθηκε διὰ τῶν ψηφισμάτων, „καί τινας τῶν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ πόλεων ἠλευθέρωκε, „καὶ διατελεῖ εὔνους ὢν τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, „καὶ λέγει καὶ πράττει ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθὸν „ὑπέρ τε αὐτῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, „δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων „ἐπαινέσαι Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα, καὶ

quod κήρυγμα secundum auctore ipso Demosthene (p. 302. §. 223. καίτοι τότε τὸν Δημομέλη τὸν ταῦτα γράφοντα καὶ τὸν Ὑπερίδην, εἴπερ ἀληθῆ μου νῦν κατηγορεῖ, μᾶλλον ἂν εἰκότως ἢ τόνδ᾽ ἐδίωκεν) non fuit Ctesiphontis, sed Demomelis et Hyperidae, quorum ex auctoritate coronae renuntiatio profecto facta est, quum accusator Diondas tesserarum partem quintam non tulisset. Deinde etiam si κήρυγμα τοῦτο ad Ctesiphontem referretur, non poterat tamen a Demosthene appellari κήρυγμα, sed ψήφισμα. Κήρυγμα enim tum demum fuisset, quum Demosthenes coronatus esset, id quod impeditum est ab Aeschine παρανόμων γραφῇ. Denique si τοῦτο τὸ κήρυγμα Ctesiphontis esset, ineptissime Demosthenes diceret οὔτ᾽ ἀντεῖπεν Αἰσχίνης παρὼν οὔτε τὸν εἰπόντα ἐγράψατο. Immo propter ipsam Aeschinis intercessionem, Demosthenes ne coronaretur, haec acta est causa. — Quare quum ratio neutra possit probari, confugiendum ad novam verborum interpretationem. Pronomen τούτου refer ad Aristonici κήρυγμα, eumque genitivum pendentem fac a comparativo vocabulo δεύτερον (vid. Matth. Gr. Gr. §. 356.), δεύτερον illud κήρυγμα ad Demomelem refer atque Hyperidem, ut sensus hic sit: et quum praeter hoc, quod nunc praelegetur, Aristonici κήρυγμα, quod primum fuit, alterum mihi obtingeret illo posterius, quod fuit illorum duumvirorum sqq. Qua interpretatione locum facile defensum videbis. Nec profecto necesse est, ut cum codicibus ks. scribas γενομένου. Nam quum alterum hoc κήρυγμα satis diu post primum oratori contigerit, recte ab illo praeconio (καὶ

„στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν „στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς και„νοῖς, τῆς δὲ ἀναγορεύσεως τοῦ στεφάνου ἐπιμελη„θῆναι τὴν πρυτανεύουσαν φυλὴν καὶ τὸν ἀγωνο- 254
„θέτην. εἶπεν Ἀριστόνικος Φρεάῤῥιος."

Ἔστιν οὖν ὅςτις ὑμῶν οἶδέ τινα αἰσχύνην τῇ 85
πόλει συμβᾶσαν διὰ τὸ ψήφισμα ἢ χλευασμὸν ἢ γέλωτα, ἃ νῦν οὗτος ἔφη συμβήσεσθαι, ἐὰν ἐγὼ στεφανῶμαι; καὶ μὴν ὅταν ᾖ νέα καὶ γνώριμα πᾶσι τὰ πράγματα, ἐάν τε καλῶς ἔχῃ, χάριτος τυγχάνει, ἐάν θ' ὡς ἑτέρως, τιμωρίας. φαίνομαι τοίνυν ἐγὼ χάριτος τετυχηκὼς τότε, καὶ οὐ μέμψεως οὐδὲ τιμωρίας.

Οὐκοῦν μέχρι μὲν τῶν χρόνων ἐκείνων, ἐν οἷς 86
ταῦτ' ἐπράχθη, πάντας ἀνωμολόγημαι τοὺς χρόνους τὰ ἄριστα πράττειν τῇ πόλει, τῷ νικᾶν, ὅτ' ἐβουλεύεσθε, λέγων καὶ γράφων, τῷ καταπραχθῆναι τὰ

ἀναῤῥηθέντος — τοῦ στεφάνου) hoc ratione temporis distinxit verbo efferendo *γιγνομένου*.

§. 84. *ἐπὶ Χαιρώνδου*] De Chaeronda, quem ex hoc loco filium cognoscimus Hegemonis fuisse, iam sermo erat supra p. 243 Gamelion a 4. Ian. ad 3. Febr. *ἕκτη ἀπιόντος* dies 25.

Φρεάῤῥιος] *Φρέαῤῥοι* δῆμος Ἀθήνησι τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Φρεάρου ἐπισήμου ἥρωος. ὁ δημότης Φρεάῤῥιος.

ἀγωνοθέτην] decem erant *ἀγωνοθέται*, penes quos erat cura publicorum ludorum tum gymnicorum tum musicorum. Iidem dicuntur *ἀθλοθέται*: quod non diversae significationis est cum altero, et iam optimis utrumque usitatum. Latini eos dixerunt munerarios, quo nomine primum Augustum usum esse testatur Quint. VIII, 3, 34., quum antea vel domini vel editores nominarentur.

§. 85. *χλευασμός*] *χλευάζειν*, quod proprie significat labia movere, dein est motis labiis illudere.

ἑτέρως] Hic quidem ex oppositione intelligitur, quid sit *ἑτέρως*. Oppositum enim est *καλῶς*. Verum adhaesit significatio male, perverse etiam extra oppositionem vocabulo, ut satis ostendit Wyttenbach. ad Plat. Phaed. p. 321.

§. 86. *τῷ νικᾶν — τῷ καταπραχθῆναι — τῷ θυσίας — πεποιῆσθαι*] Facile intelligitur per asyndeta scite pronuntiata orationem reddi fortiorem et attentionem moveri ad singula rerum momenta. Gravitatem quidem inesse oportet in rebus ipsis; tum ea insigniter augetur; sed si non adsit in rebus, ridicula fit ista tenuium rerum pompa.

γραφέντα, καὶ στεφάνους ἐξ αὐτῶν τῇ πόλει καὶ ἐμοὶ καὶ πᾶσιν ὑμῖν γενέσθαι, τῷ θυσίας καὶ προςόδους τοῖς θεοῖς ὡς ἀγαθῶν τούτων ὄντων ὑμᾶς πεποιῆσθαι.

87 Ἐπειδὴ τοίνυν ἐκ τῆς Εὐβοίας ὁ Φίλιππος ἐξηλάθη, τοῖς μὲν ὅπλοις ὑφ' ὑμῶν, τῇ δὲ πολιτείᾳ καὶ τοῖς ψηφίσμασι, κἂν διαῤῥαγῶσί τινες τούτων, ὑπ' ἐμοῦ, ἕτερον κατὰ τῆς πόλεως ἐπιτειχισμὸν ἐζήτει. ὁρῶν δ', ὅτι σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείστῳ χρώμεθ' ἐπειςάκτῳ, βουλόμενος τῆς σιτοπομπίας κύριος γενέσθαι, παρελθὼν ἐπὶ Θρᾴκης Βυζαντίους, συμμάχους ὄντας αὐτῷ, τὸ μὲν πρῶτον ἠξίου συμπολεμεῖν τὸν πρὸς ὑμᾶς πόλεμον, ὡς δ' οὐκ ἤθελον, οὐδ' ἐπὶ τούτοις ἔφασαν τὴν συμμαχίαν πεποιῆσθαι, λέγοντες ἀληθῆ, χαράκωμα βαλόμενος

τῇ πόλει καὶ ἐμοὶ καὶ πᾶσιν ὑμῖν] τῇ πόλει propius determinatur per sequentia καὶ ἐμοί, ut consultori, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, ut iis, qui bene consulenti audientes erant p. 255. τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τὴν πόλιν λέγω.

προςόδους] Quas Latini dicunt supplicationes, sollemnia, quibus Diis gratiae aguntur inprimis ob res bello feliciter gestas. Iunguntur θυσίαις, πομπαῖς, πανηγύρεσι similibusque.

§. 87. διαῤῥαγῶσι] Cf. supra §. 21. — Quum sentiret, quam esset ad vulgus invidiosum tantas suae πολιτείᾳ vindicare laudes, hanc invidiam minuit ipsarum laudum ab adversariorum malevolentia vindicatione, tanquam si invitus ac coactus se ipse laudaret. Ipsa autem verbi διαῤῥαγῶσι vis ea fuit, quae taedii his laudibus excitati culpam ab oratore ad adversarium translatura esset.

ἐπιτειχισμόν] Harpocration s. v. ἐπιτείχισμα: Ἐπιτείχισμα τὸ ἐπιτειχιζόμενον κατά τινων χωρίον, ὅθεν ὁρμώμενοι οἱ τειχίσαντες κακῶς δυνήσονται ποιεῖν τοὺς ἐπιτειχισθέντας. καὶ τὸ πρᾶγμα ἐπιτειχισμὸν ὀνομάζουσιν, ὥςπερ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Ἐπιτείχισμα habuimus supra p. 248.

ἐπείςακτα vel ἐπειςαγώγιμα dicuntur quae aliunde, ex peregrina regione importantur. Si propria compositionis vis respiciatur, de eiusmodi rebus dicitur, quarum etiam proventus, sed non sufficiens, est in ea regione, in quam aliunde importantur.

σιτοπομπία vocabulum proprium de vectione frumenti ex Ponto per Hellespontum in Atticam, deductio navium frumentariarum per naves armatas, et ius aut potestas illam vectionem vel concedendi et tutandi vel negandi et turbandi. Hanc potestatem sibi arrogare potuisset Philippus, si Byzantii urbem vel ipsi tradidissent, vel eius partes plane secuti essent; ex hac enim urbe arbitrium

πρὸς τῇ πόλει καὶ μηχανήματ' ἐπιστήσας ἐπολιόρκει.
τούτων δὲ γιγνομένων, ὅ τι μὲν προςῆκε ποιεῖν 88
ἡμᾶς οὐκέτ' ἐρωτήσω· δῆλον γάρ ἐστιν ἅπασιν. 255
ἀλλὰ τίς ἦν ὁ βοηθήσας τοῖς Βυζαντίοις καὶ σώ-
σας αὐτούς; τίς ὁ κωλύσας τὸν Ἑλλήςποντον ἀπαλ-
λοτριωθῆναι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους; ὑμεῖς, ὦ
ἄνδρες Ἀθηναῖοι. τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τὴν πό-
λιν λέγω. τίς δ' ὁ τῇ πόλει λέγων καὶ γράφων καὶ
πράττων, καὶ ἁπλῶς ἑαυτὸν εἰς τὰ πράγματα ἀφει-
δῶς διδούς; ἐγώ. ἀλλὰ μὴν ἡλίκα ταῦτα ὠφέλησεν 89
ἅπαντας, οὐκέτ' ἐκ λόγου δεῖ μαθεῖν ὑμᾶς, ἀλλ'
ἔργῳ πεπείρασθε· ὁ γὰρ τότε ἐνστὰς πόλεμος ἄνευ
τοῦ καλὴν δόξαν ἐνεγκεῖν ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν
βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις διήγαγεν ὑμᾶς
τῆς νῦν εἰρήνης, ἣν οὗτοι κατὰ τῆς πατρίδος τη-

navium per Hellespontum vehendarum pendebat.

ἐπὶ τούτοις] *ἐπὶ* cum dat. **conditionem** vel **pactum** significat; negabant hoc spectatum fuisse per *συμμαχίαν*. Nempe *συμμαχία* hic est, quod *ἐπιμαχία*, **Schutzbündniss**, ut auxilia mittantur, si quis in sua ipsius regione invadatur, non si ipse velit alii bellum inferre.

χαράκωμα glossographi explicant *περίφραγμα*, **obsidionem**, qua cavetur, ne quis ex urbe exire, neve intrare in eam possit. *μηχανήματα* sunt machinae bellicae, quarum usus est in oppugnatione; *μηχανήματα ἐφιστάναι*, machinas instruere, parare, ut, quando libeat, oppugnare possis. **Cornelius Nep.** Milt. VII, 2. urbem operibus clausit, omnique commeatu privavit; deinde vineis ac testudinibus constitutis propius muros accessit.

§. 88. *ἑαυτὸν εἰς τὰ πράγματα ἀφειδῶς διδόναι*] summa virium contentione rebus studere, rebus se dedere, instare.

§. 89. *ἄνευ τοῦ* cum infinitivo reddendum per **praeterquam quod**: praeterquam quod nobis bonam ferebat existimationem.

ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις διήγαγεν ὑμᾶς] in maiore omnium rerum abundantia et vilitate traduxit vos.

τῆς νῦν εἰρήνης] Intelligit otium, quo fruebantur Athenienses, Alexandro imperante: quod metuendum erat ne exiret in servitutem. Si enim Alexander victor rediisset ex Oriente, Graeci iamdudum Macedoniam reverentes magni viri ingenio se non potuissent non subiicere, quum videamus eos Alexandri successoribus, quamvis inter se discordibus, obsequium recusare non potuisse.

ἣν — τηροῦσιν οἱ χρηστοὶ ἐπὶ ταῖς μελλούσαις ἐλπίσιν] *χρηστοὶ* ironice pro *πονηροί*. *ἐπὶ* cum dat. saepe significat **ob**, **propter**, sive

ροῦσιν οἱ χρηστοὶ ἐπὶ ταῖς μελλούσαις ἐλπίσιν, ὧν διαμάρτοιεν, καὶ μὴ μετάσχοιεν ὧν ὑμεῖς οἱ τὰ βέλτιστα βουλόμενοι τοὺς θεοὺς αἰτεῖτε, μηδὲ μεταδοῖεν ὑμῖν ὧν αὐτοὶ προῄρηνται. λέγε δ' αὐτοῖς καὶ τοὺς τῶν Βυζαντίων στεφάνους καὶ τοὺς τῶν Περινθίων, οἷς ἐστεφάνουν ἐκ τούτων τὴν πόλιν.

90 ## *ΨΗΦΙΣΜΑ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.*

„Ἐπὶ ἱερομνάμονος Βοσπορίχω Δαμάγητος ἐν „τᾷ ἁλίᾳ ἔλεξεν, ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν· ἐπει„δὴ ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ἔν τε τοῖς προγενομένοις „καιροῖς εὐνοέων διατελεῖ Βυζαντίοις καὶ τοῖς συμ„μάχοις καὶ συγγενέσι Περινθίοις, καὶ πολλὰς καὶ „μεγάλας χρείας παρέσχηται ἔν τε τῷ παρεστακότι

§. 89. In Bekkeriana Berolinensi 1824. post *οἱ τὰ βέλτιστα* omissum est *βουλόμενοι*, quod quanquam necessarium non est, quum *αἰτοῦντες* e verbo finito facile aliquis suppleat, editore tacausam specians sive finem. H. l. spe futurae felicitatis, quam in suis ipsorum commodis, quae sibi ab Alexandro pollicebantur, cernebant.

ὧν αὐτοὶ προῄρηνται] quae isti sua sibi observantia contrahunt, servitutem, si vero eam nomine appellare velis.

Περινθίων] Perinthus erat urbs Thraciae ad mare sita, in clivo peninsulae formam habente.

§. 90. *ἐπὶ ἱερομνάμονος*] Attici *ἱερομνήμονος*. Sed Byzantini dorice loquebantur. *ἱερομνήμονας* novimus ex Amphictyonum collegio, in quod civitates Graeciae foederis Amphictyonici participes duplex genus legatorum mittebant, quorum alterum appellabatur *πυλαγόρων*, alterum *ἱερομνημόνων*. *Ἱερομνημόνων* munus inprimis hoc videtur fuisse, ut sacra instituerent et acta collegii signarent et publicarent. Hic nomen est magistratus Byzantini, cuius simile munus videtur fuisse cum archonte eponymo Atheniensi, ut ab eius nomine annus et acta publica notarentur. Num etiam sacrorum curam habuerit, non liquet.

Βοσπορίχω] dorice pro *Βοσπορίχου*.

ἁλίᾳ] Cognatum hoc vocabulum est cum eo, quod apud Atticos *Ἡλίαια* nominabatur, quod nomen erat *δικαστηρίου*, cuius membra ad numerum sex millium assurgere poterant. *ἁλία* autem in civitatibus Dorensibus idem est, quod Atheniensibus *ἐκκλησία*, concio populi.

τᾶς βωλᾶς, i. e. *τῆς βουλῆς*.

ῥήτρα, quod vocabulum apud Homerum (Od. XIV, 393.) significat pactum, h. l. facultatem dicendi denotare videtur, quo sensu legitur etiam in Luciani Philopatride cap. 22.

διατελεῖ] Tempus praesens mirum est, quum de praeteritis sermo sit, multo etiam magis, quum aoristus *ἐξέλετο* sequatur

„καιρῷ, Φιλίππω τῶ Μακεδόνος ἐπιστρατεύσαντος
„ἐπὶ τὰν χώραν, καὶ τὰν πόλιν ἐπ' ἀναστάσει Βυ-
„ζαντίων καὶ Περινθίων καὶ τὰν χώραν δαίοντος
„καὶ δενδροκοπέοντος, βοηθήσας πλοίοισιν ἑκατὸν 256
„καὶ εἴκοσι καὶ σίτῳ καὶ βέλεσι καὶ ὁπλίταις ἐξείλετο
„ἅμμε ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων, καὶ ἀποκατέστασε
„τὰν πάτριον πολιτείαν καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς τά-
„φως, δεδόχθαι τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων καὶ Πε- 91
„ρινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν,
„ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκιᾶν, προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι,
„πόθοδον ποτὶ τὰν βωλὰν καὶ τὸν δᾶμον πράτοις
„μετὰ τὰ ἱερά, καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλουσι τὰν πό-
„λιν ἀλειτουργήτοις ἦμεν πασᾶν προστακτᾶν λειτουρ-
„γιᾶν· στᾶσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις
„ἐν τῷ Βοσπορίχῳ, στεφανούμενον τὸν δᾶμον τῶν

men invito omissum arbitror. Neque enim in var lectt. aliquid notatur, et habet ipsa Bekkeri in usum schol. ed. Berol. 1825.

iungendus cum vocabulis ἔν τε παρεστακότι καιρῷ. Wunderlich. scripsit διετέλει, quod significationem habere oporteret temporis diutius durantis. Si codd. lectio servetur, intelligendum est, Athenienses perseverare etiamnum in benevolentia erga Byzantinos.

ἐπ' ἀναστάσει Βυζαντίων] ut devastaret sibique subiiceret Byzantinos.

δαίειν Atticum est δῃοῦν.

δενδροκοπεῖν partem devastationis significat, et apud Xenophontem cum alia parte iungitur, τὸν σῖτον τέμνειν.

βέλη, iunctum cum ὁπλίταις, abstractum est pro concreto, tela pro sagittariis; ut apud antiquos armorum nomina saepe ponuntur pro iis, qui arma gerunt.

ἅμμε] Doricum pro ἡμᾶς. Apud alios scriptores aliter scribitur. Primaria forma videtur ἁμὲ fuisse. Postea coeperunt Dores spiritum asperum mutare in lenem, et duplicata consona retrahere accentum. Sic tres formas invenimus accusativi pluralis, ἁμὲ, ἀμὲ et ἄμμε, sicut dativi tres, ἁμῖν, ἀμῖν, ἄμμιν.

§. 91. ἐπιγαμίαν] ius connubiorum, ut, si vir vel femina Atheniensis coniugium ineat cum Byzantino vel Perinthio, iisdem iuribus fruatur, ut si natus esset Byzantinus.

ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκιᾶν] acquisitionem agrorum et aedificiorum, ita ut simul civitatis iure fruantur. [Cf. Wachsmuth Hellen. Alterthumskunde I, 1. p. 123 s.] Genitivum pluralem primae declinationis Dores terminare solent in ᾶν, poetae interdum in άων.

πόθοδον] ποτὶ dicunt Dores pro πρός.

πράτοις] dorice pro πρώτοις.

ἦμεν] i. e. εἶναι. Infinitivi verbi substantivi has formas invenimus apud Dores, ἔμεν, ἔμμεν, ἔμεναι, ἔμμεναι, ἦμεν, ἤμεναι, ἦμες, εἶμεν, εἶμειν.

„Ἀθηναίων ὑπὸ τῶ δάμω τῶν Βυζαντίων καὶ Πε„ρινθίων. ἀποστεῖλαι δὲ καὶ θεωρίας ἐς τὰς ἐν τᾷ „Ἑλλάδι πανηγύριας, Ἴσθμια καὶ Νέμεα καὶ Ὀλύμ„πια καὶ Πύθια, καὶ ἀνακαρῦξαι τὼς στεφάνως, ὡς „ἐστεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ὑφ' ἡμῶν, ὅπως „ἐπιστέωνται οἱ Ἕλλανες πάντες Ἀθηναίων ἀρετὰν „καὶ τὰν Βυζαντίων καὶ Περινθίων εὐχαριστίαν."

92 Λέγε καὶ τοὺς παρὰ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ στεφάνους.

ΨΗΦΙΣΜΑ ΧΕΡΡΟΝΗΣΙΤΩΝ.

„Χεῤῥονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες Σηστόν, Ἐλεοῦντα, Μάδυτον, Ἀλωπεκόννησον, στεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα, καὶ Χάριτος βωμὸν ἱδρύον-

§. 91. *τὼς στεφάνως, ὡς ἐστεφάνωται*] Sic edidit Bekkerus de coniectura Reiskii. Verum codices *τῶ στεφάνω* plerique omnes, in quo dualem *τὼ στεφάνω* quis non agnoscit? Quam lectionem non male amplexus erat Taylorus; „duas, inquit, coronas, Byzantinorum unam, alteram Perinthiorum." Et profecto dualem quum res ipsa, tum urbis utriusque per totum *ψήφισμα* coniuncta commemoratio videtur suadere. Ubique enim *Βυζαντίοις καὶ Περινθίοις*, *Βυζαντίων καὶ Περινθίων*. Demosthenes autem ipse verbis disertis §. 89. *λέγε δ' αὐτοῖς τοὺς τῶν Βυζαντίων στεφάνους καὶ τοὺς τῶν Περινθίων*, ut dubitari de binis coronis non possit. Deinde pro *ὡς ἐστεφάνωται* codd. fere omnes eo inclinant,

§. 92. *Σηστὸν* cet.] hae sunt urbes in Chersoneso Thracica, quarum *Ἀλωπεκόννησος* nomine suo memorabilis est, quod invenit secundum oraculum urbem ibi esse condendam, ubi catuli vulpini invenirentur.

χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα] Corona aurea quum ex auro constabat, talenta auri intelligenda sunt. Quando de pecunia sermo est, talentum auri par est decem talentis argenti. Verum quum de talentis sermo sit, quae impendebantur in coronam auream, verisimile reddidit Aug. Boeckhius in libro eruditissimo die Athenäische Staatshaushaltung, talentum eiusmodi sex drachmas aureas fuisse, nostrae monetae sex ducatos. Haec igitur sexaginta talenta summam efficiunt 360 ducatorum: quae summa satis ampla erat, si has urbes respicias non admodum opulentas.

Χάριτος βωμὸν καὶ Δήμου Ἀθηναίων] Haec locutio genus est *ἑνὸς διὰ δυοῖν*, aram constituunt Gratiae propter populum Atheniensem; nisi malis *Δῆμον* h. l. de genio populari intelligere.

ἐκ τῆς Φιλίππου] Nos diceremus *ἐκ τῆς Φιλίππου δυνά-*

ται καὶ Δήμου Ἀθηναίων, ὅτι πάντων μεγίστων ἀγαθῶν παραίτιος γέγονε Χεῤῥονησίταις, ἐξελόμενος ἐκ τῆς Φιλίππου, καὶ ἀποδοὺς τὰς πατρίδας, τοὺς νόμους, τὴν ἐλευθερίαν, τὰ ἱερά. καὶ ἐν τῷ μετὰ 257
ταῦτα αἰῶνι παντὶ οὐκ ἐλλείψει εὐχαριστῶν καὶ ποιῶν ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθόν. ταῦτα ἐψηφίσαντο ἐν κοινῷ βουλευτηρίῳ."

93 Οὐκοῦν οὐ μόνον τὸ Χεῤῥόνησον καὶ Βυζάντιον σῶσαι, οὐδὲ τὸ κωλῦσαι τὸν Ἑλλήσποντον ὑπὸ Φιλίππῳ γενέσθαι τότε, οὐδὲ τὸ τιμᾶσθαι τὴν πόλιν ἐκ τούτων ἡ προαίρεσις ἡ ἐμὴ καὶ ἡ πολιτεία διεπράξατο, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἔδειξεν ἀνθρώποις τήν τε τῆς πόλεως καλοκἀγαθίαν καὶ τὴν Φιλίππου κακίαν. ὁ μέν γε φίλος καὶ σύμμαχος ὢν τοῖς Βυζαντίοις πολιορκῶν αὐτοὺς ἑωρᾶτο ὑπὸ πάντων· οὗ τί γέ-

ut legatur ὧ συστεφάνωται aut ὡς συνεστεφάνωται, etiam ii, qui habent ὅσοι στεφάνωται, ducunt eodem, quoniam hoc depravatum est ex illo. Mirere adeo hanc neminem ex editoribus arripuisse lectionem. In promptu est enim legere, quod ab Y praebetur ὧ συνεστεφάνωται. Sensus hic est: et ut renuntientur coronae binae, quibus communiter (et a Byzantinis et a Perinthiis) coronatus est populus Atheniensium.

§. 92. παραίτιος γέγονε] Vere sic correxisse videtur Bekkerus. Libri sunt corrupti et pro παραίτιος plerique habent πράττειν, alii πράττειν αἴτιος, quod scripturae compendio ex παραίτιος natum est.

μεως vel τυραννίδος. Sed Graeci substantivum omittunt, ut quisque pro lubitu cogitare possit quod velit. Librarii hunc euphemismum non capientes corruperunt ἐκ τοῦ Φιλίππου.

ἐλλείψει] Ubique pluralis erat verbi in hoc psephismate, quoniam subiectum erat Χεῤῥονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες, isque correctus in compluribus manuscriptis. Hic autem subita fit mutatio in singularem, ut assumendum sit ex praecedente ὁ δῆμος τῶν Χεῤῥονησιτῶν. In sequentibus iterum sequitur pluralis ἐψηφίσαντο.

ἐν κοινῷ βουλευτηρίῳ] i. e. in conventu, qui compositus erat ex legatis omnium earum urbium, quae initio nominatae erant.

§. 93. ἡ προαίρεσις ἡ ἐμὴ καὶ ἡ πολιτεία] Per ἓν διὰ δυοῖν, ἡ προαίρεσις πολιτική, partes quas sequor in republica administranda, mein politisches Benehmen, meine politischen Grundsätze.

ὁ μέν γε] Harum particularum coniunctio, quae saepe non librarios solum, sed etiam viros doctos offendit, haud rara apud optimos scriptores, inprimis frequens est apud Demosthenem. Hermannus ad Vig. p. 827. γε, inquit, refertur al

94 νοιτ' ἂν αἴσχιον ἢ μιαρώτερον; ὑμεῖς δ' οἱ καὶ μεμψάμενοι πολλὰ καὶ δίκαια ἂν ἐκείνοις εἰκότως περὶ ὧν ἠγνωμονήκεσαν εἰς ὑμᾶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, οὐ μόνον οὐ μνησικακοῦντες οὐδὲ προϊέμενοι τοὺς ἀδικουμένους, ἀλλὰ καὶ σώζοντες ἐφαίνεσθε, ἐξ ὧν δόξαν, εὔνοιαν, τιμὴν παρὰ πάντων ἐκτᾶσθε. καὶ μὴν ὅτι πολλοὺς μὲν ἐστεφανώκατ' ἤδη τῶν πεπολιτευμένων, ἅπαντες ἴσασι· δι' ὅντινα δ' ἄλλον ἡ πόλις ἐστεφάνωται, σύμβουλον λέγω καὶ ῥήτορα, πλὴν δι' ἐμέ, οὐδ' ἂν εἷς εἰπεῖν ἔχοι.

95 Ἵνα τοίνυν καὶ τὰς βλασφημίας, ἃς κατὰ τῶν Εὐβοέων καὶ τῶν Βυζαντίων ἐποιήσατο, εἴ τι δυσχερὲς αὐτοῖς ἐπέπρακτο πρὸς ὑμᾶς ὑπομιμνήσκων, συκοφαντίας οὔσας ἐπιδείξω μὴ μόνον τῷ ψευδεῖς εἶναι (τοῦτο μὲν γὰρ ὑπάρχειν ὑμᾶς εἰδότας ἡγοῦμαι), ἀλλὰ καὶ τῷ, εἰ τὰ μάλιστ' ἦσαν ἀληθεῖς, οὕτως, ὡς ἐγὼ κέχρημαι τοῖς πράγμασι, συμφέρειν χρήσασθαι, ἓν ἢ δύο βούλομαι τῶν καθ' ὑμᾶς πε-

§. 94. οὐδὲ προϊέμενοι τοὺς ἀδικουμένους] Reiskius suspicatur τοὺς ἀδικοῦντας ἀδικουμένους. Neque offensione caret vulgata, articulus praesertim τούς. Malim ego αὐτοὺς ἀδικουμένους. Facile potuit αυ obliterari praecedente οι in προϊέμενοι.

antecedentia confirmationis causa et reddi potest certe; particulae μὲν autem respondet δέ.

§. 94. ἀγνωμονεῖν est impie contra ius fasque agere, wider besseres Wissen und Gewissen handeln. — μνησικακεῖν, meminisse malorum, iniuriarum, et in omnibus linguis verba recordandi etiam notionem habent referendi, reddendi.

σύμβουλον λέγω καὶ ῥήτορα] Quod dicit, non vult negare de στρατηγοῖς, qui, si rem bene gesserant, interdum in causa fuerant, ut populo Atheniensi corona tribueretur.

§. 95. ὑπάρχειν ὑμᾶς εἰδότας] Periphrasis rarior pro ὑμᾶς εἰδέναι, per quam certa exprimitur eorum, ad quos loquitur, persuasio: hoc enim vos satis scire existimo.

ὡς ἐγὼ κέχρημαι τοῖς πράγμασι] qua ratione ego usus sum in auxilio ferendo.

καθ' ὑμᾶς] κατὰ cum accus. personae interdum aetatem significat: vestra aetate.

πρὸς τὰ κάλλιστα] πρὸς h. l. convenienter, ad exemplum, convenienter praestantissimis, quae adsunt, ad pulcherrime facta.

§. 96. ὑμεῖς τοίνυν] Hoc patrum potius aetate accidebat. Sed oratores saepe quae patres fecerunt tanquam ipsorum tempore facta narrant.

ἁρμοσταῖς] Harpocration: ἁρμοσταὶ οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πό-

πραγμένων καλῶν τῇ πόλει διεξελθεῖν, καὶ ταῦτ' 258
ἐν βραχέσι· καὶ γὰρ ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ πόλιν κοινῇ
πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ δεῖ τὰ λοι-
πὰ πειρᾶσθαι πράττειν. ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθη- 96
ναῖοι, Λακεδαιμονίων γῆς καὶ θαλάττης ἀρχόντων,
καὶ τὰ κύκλῳ τῆς Ἀττικῆς κατεχόντων ἁρμοσταῖς
καὶ φρουραῖς, Εὔβοιαν, Τάναγραν, τὴν Βοιωτίαν
ἅπασαν, Μέγαρα, Αἴγιναν, Κλεωνάς, τὰς ἄλλας
νήσους, οὐ ναῦς, οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε κεκτη-
μένης, ἐξήλθετε εἰς Ἁλίαρτον καὶ πάλιν οὐ πολλαῖς
ἡμέραις ὕστερον εἰς Κόρινθον, τῶν τότε Ἀθηναίων
πολλὰ ἂν ἐχόντων μνησικακῆσαι καὶ Κορινθίοις καὶ
Θηβαίοις τῶν περὶ τὸν Δεκελεικὸν πόλεμον πραχθέν-
των· ἀλλ' οὐκ ἐποίουν τοῦτο, οὐδ' ἐγγύς. καίτοι 97
τότε ταῦτα ἀμφότερα, Αἰσχίνη, οὔθ' ὑπὲρ εὐεργε-
τῶν ἐποίουν, οὔτ' ἀκίνδυνα ἑώρων. ἀλλ' οὐ διὰ
ταῦτα προεῖντο τοὺς καταφεύγοντας ἐφ' ἑαυτούς,
ἀλλ' ὑπὲρ εὐδοξίας καὶ τιμῆς ἤθελον τοῖς δεινοῖς

§. 97. Pro προεῖντο, quod vulgo legitur, non displicet προΐεντο, quam lectionem exhibet Σ. liber optimus. Est enim οὐ προΐεντο proiicere nolebant.

λεις ἄρχοντες ἐκπεμπόμενοι. Iis adiuncti erant ex quaque civitate decem, quibus tamen nonnisi licebat ea facere, quae iubebant Lacedaemonii: qua re Lacedaemoniorum ἡγεμονία brevi tempore invisa erat. Conf. Morus ad Isocr. Paneg. §. 117.

Τάναγρα, urbs Boeotiae maior, versus Orientem ad ripam Asopi, in clivo haud procul ab Attica. Urbs florebat etiamnum post Christi tempora. Hodie ibi est vicus magnus, qui appellatur Scamino. Dicuntur superesse urbis rudera.

Κλεωναί, Cleonae, urbs inter Argos et Corinthum, 120 stadia distans ab Argis, 80 a Corintho, sita in clivo.

Ἁλίαρτος, urbs Boeotiae ad meridiem lacus Copaïdis, de cuius reliquiis sibi contra dicunt itinerum scriptores.

περὶ τὸν Δεκελεικὸν πόλεμον] Hoc bellum si ita nominandum sit, est pars Peloponnesiaci. Incidit in annum 19. belli Peloponnesiaci. Tum nempe Lacedaemonii, vastata regione circa Deceleam, urbem Atticam, hanc urbem munire coeperunt, et aucti Thebanorum et Corinthiorum copiis, totam Atticam male tractarunt. Narrat quae gesta sunt Thucydides L. VII. c. 19 ss.

§. 97. *τοῖς δεινοῖς αὑτοὺς διδόναι*] periculis se obiicere, subire pericula.

αὐτοὺς διδόναι, ὀρθῶς καὶ καλῶς βουλευόμενοι. πέ-
ρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ
θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ·
δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν
ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα,
98 φέρειν δ' ὅ τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως. ταῦτ'
ἐποίουν οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι, ταῦθ' ὑμῶν οἱ πρε-
σβύτεροι, οἳ Λακεδαιμονίους, οὐ φίλους ὄντας οὐδ'
εὐεργέτας, ἀλλὰ πολλὰ τὴν πόλιν ἡμῶν ἠδικηκότας
καὶ μεγάλα, ἐπειδὴ Θηβαῖοι κρατήσαντες ἐν Λεύ-
κτροις ἀνελεῖν ἐπεχείρουν, διεκωλύσατε, οὐ φοβη-
259 θέντες τὴν τότε Θηβαίοις ῥώμην καὶ δόξαν ὑπάρ-
χουσαν, οὐδ' ὑπὲρ οἷα πεποιηκότων ἀνθρώπων κιν-
99 δυνεύσετε διαλογισάμενοι· καὶ γάρ τοι πᾶσι τοῖς
Ἕλλησιν ἐδείξατε ἐκ τούτων, ὅτι κἂν ὁτιοῦν τις εἰς
ὑμᾶς ἐξαμάρτῃ, τούτῳ τὴν ὀργὴν εἰς τἄλλα ἔχετε,
ἂν δ' ὑπὲρ σωτηρίας ἢ ἐλευθερίας κίνδυνός τις αὐ-
τοὺς καταλαμβάνῃ, οὔτε μνησικακήσετε οὔθ' ὑπο-
λογιεῖσθε. καὶ οὐκ ἐπὶ τούτων μόνον οὕτως ἐσχή-
κατε, ἀλλὰ πάλιν σφετεριζομένων Θηβαίων τὴν Εὔ-

τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα] Bona se spe consolantes, in melius rerum conditionem iri restitutum, praesertim si quis aequo animo, fortiter ferat quae Deus mittit, tandem bonum futurum esse eventum.

§. 99. **τις — τούτῳ — αὐτούς**] Post pronomen τις saepe sequitur pluralis, quoniam in pronomine indefinito inest indefinita multitudo. Cf. Matthiae Gr. Gr. §. 434. 2. b. pag. 811.

Θηβαίων] Res haec est. Themison et Theodorus Euboeenses insidiantes Oropo, urbi Boeoticae, ad mare exadversus Eretriam sitae, quae sub Atheniensium ditione erat, eam quidem occuparunt. Quum vero Athenienses in eo essent, ut eum exercitu eos expellerent, convenit inter illos, ut iudicio permitteretur, cuiusnam haec urbs esset, et Thebani nomine custodum urbem acceperunt. Quam quum accepissent, eam sibi ipsis vindicarunt, donec Philippus, dux Graeciae adversus Persas creatus, eam Atheniensibus redderet. [Cf. Mülleri Gesch. der Hellen. Stämme. I. S. 411 s. Winiewski Commentar. p. 26 s.]

ἐθελονταὶ τριήραρχοι] Qui sponte sua munus trierarchorum susceperunt. Primum hoc fiebat in hac expeditione Euboica, ut trierarchae sponte munus susciperent ob penuriam aerarii publici. Publice enim erat navis danda, interdum etiam instrumenta navalia. Ad stipendia etiam plerumque sup-

βοιαν, οὐ περιείδετε· οὐδ' ὧν ὑπὸ Θεμίσωνος καὶ Θεοδώρου περὶ Ὠρωπὸν ἠδίκησθε ἀνεμνήσθητε, ἀλλ' ἐβοηθήσατε καὶ τούτοις, τῶν ἐθελοντῶν τότε τριηράρχων πρῶτον γενομένων τῇ πόλει, ὧν εἷς ἦν ἐγώ. 100 ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων. καίτοι καλὸν μὲν ἐποιήσατε καὶ τὸ σῶσαι τὴν νῆσον, πολλῷ δ' ἔτι τούτου κάλλιον τὸ καταστάντες κύριοι καὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν πόλεων ἀποδοῦναι ταῦτα δικαίως αὐτοῖς τοῖς ἐξημαρτηκόσιν εἰς ὑμᾶς, μηδὲν ὧν ἠδίκησθε ἐν οἷς ἐπιστεύθητε ὑπολογισάμενοι. μυρία τοίνυν ἕτερα εἰπεῖν ἔχων παραλείπω, ναυμαχίας, ἐξόδους πεζάς, στρατείας, καὶ πάλαι γεγονυίας καὶ νῦν ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν, ἃς ἁπάσας ἡ πόλις τῆς τῶν ἄλλων ἕνεχ' Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας πεποίηται. εἶτ' ἐγὼ τεθεω- 101 ρηκὼς ἐν τοσούτοις καὶ τοιούτοις τὴν πόλιν ὑπὲρ τῶν τοῖς ἄλλοις συμφερόντων ἐθέλουσαν ἀγωνίζεσθαι, ὑπὲρ αὐτῆς τρόπον τινὰ τῆς συμβουλῆς οὔσης, τί ἔμελλον κελεύσειν ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; μνησικακεῖν νὴ Δία πρὸς τοὺς βουλομένους σώζεσθαι, καὶ προφάσεις ζητεῖν, δι' ἃς ἅπαντα

peditabatur pecunia. Verumtamen etiam si haec praestabantur, multum tamen impendere oportebat trierarchum. Ceterum Bekkerus in priore editione ubique, etiam contra libros, scripsit ad terminationem primae declinationis. Sed codd. plurimi, optimi et antiquissimi alteram praebent, et monui ad Aeschinis Ctes. 5. τριήραρχοι antiquiorem esse formam, τριηράρχαι et similia recentioribus esse usitatum.

ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων] Elliptica locutio, cuius similes in omnibus linguis. Supplendum καιρὸς λέγειν aut simile.

§. 100. δικαίως] Hoc verbum posuit re in se spectata, non ut vulgus hominum de his indicare solet. Plurimi enim dicerent stulte, et qui prudenter indicarent, dicerent generoso animo, benigne. Magnanimus autem Demosthenes vere hoc appellavit iuste.

ὑπολογισάμενοι] ὑπολογίζεσθαι, meminisse in malam partem, ut, quum tempus ferat, malum malo reddatur.

ἐξόδους] Saepe dicitur in genere de expeditione militari. Hic autem quum statim sequatur στρατεία, per ἐξόδους πεζὰς significari videntur subitae excursiones, sive repentinum hostium impetum repressurae, sive alia de causa.

§. 101. ἐθέλουσαν ἀγωνίζεσθαι] ἐθέλειν interdum cum emphasi, libenter et studiose aliquid facere.

τί ἔμελλον κελεύσειν] κελεύειν saepe non est iubere, imperare, sed instare,

260 προησόμεθα. καὶ τίς οὐκ ἂν ἀπέκτεινέ με δικαίως, εἴ τι τῶν ὑπαρχόντων τῇ πόλει καλῶν λόγῳ μόνον καταισχύνειν ἐπεχείρησα; ἐπεὶ τόγε ἔργον οὐκ ἂν ἐποιήσατε ὑμεῖς, ἀκριβῶς οἶδα ἐγώ· εἰ γὰρ ἠβούλεσθε, τί ἦν ἐμποδών; οὐκ ἐξῆν; οὐχ ὑπῆρχον οἱ ταῦτ' ἐροῦντες οὗτοι;

102 Βούλομαι τοίνυν ἐπανελθεῖν ἐφ' ἃ τούτων ἑξῆς ἐπολιτευόμην· καὶ σκοπεῖτε ἐν τούτοις πάλιν αὖ, τί τὸ τῇ πόλει βέλτιστον ἦν. ὁρῶν γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον, καὶ τοὺς μὲν πλουσίους ἀτελεῖς ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων γε-

§. 101. ἐπεχείρησα] Ante Bekkerum vulgabatur ἐπεχείρησα ἄν. Sed in plurimis codd. ἂν deest. Negari quidem non potest, εἰ ἂν in eodem membro interdum iuncta inveniri, et hunc usum a quibusdam viris pro soloeco habitum satis vindicavit Hermannus ad Viger. p. 830. Verum non memini me εἰ ἂν legere cum aoristo indicativi, ubi in apodosi item sit ἂν cum aoristo, et quum utriusque membri sententiam non evenisse significetur.

§. 103. γραφεὶς τὸν ἀγῶνα τοῦτον παρανόμων] Reisk. et iam ante alii γραφεὶς εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον. Sed praepositio

precum perseverantia et persuasionis vi efficere.

§. 102. πάλιν αὖ] Parallelismus Graecis frequens, ut duae particulae eiusdem significationis coniungantur; vix autem duae frequentius iunguntur quam πάλιν αὖ. Quid? quod adeo tres iungantur? αὖ πάλιν αὖθις, quod annotavi ad Aeschinis Ctes. 49.

ἀτελεῖς] ἀτέλεια erat praemium, quod civibus bene de republica meritis tribuebatur, ut scilicet immunes essent a tributis et liturgiis, praeter trierarchiae. Hic autem dicuntur divites se ipsi ἀτελεῖς fecisse ἀπὸ σμικρῶν ἀναλωμάτων, ut non tantum impenderent, quantum eos pro opibus oportebat, sed maiores impensas in pauperes devolverent. Ceterum Bekkerus, qui in priore editione σμικρῶν scripserat, recte in altera librorum lectionem revocavit μικρῶν. Antiqui Grammatici, qui tradunt Ἀττικῶς dici σμικρός, Ἑλληνικῶς μικρός, non ita sunt intelligendi, quasi negaverint oratores Atticos scripsisse μικρός, sed ad certum Aristophanis locum respicientes ita locuti sunt, quasi generalem regulam traderent.

ὑστερίζουσαν τὴν πόλιν — τῶν καιρῶν] Cf. Philipp. 1. §. 35. Phrynichus p. 237. monet ὑστερίζειν apud probos scriptores cum genitivo, non cum dativo construi. Lobeckius autem monet et probat tempus definitum modo in dativo poni, ὑστερεῖ μιᾷ ἡμέρᾳ Herod. VI, 89., modo in accusativo, ὑστερῆσαι πέντε ἡμέρας Xenoph. Anab. I, 7, 12., rem autem, in qua quis deficiat, interdum in dativo, sed, quod plerumque, in quo quis deficiat, id non obtineat, ad commune illud verborum carendi privandique regimen transiisse ὑστερίζειν.

νημένους, τοὺς δὲ μέτρια ἢ μικρὰ κεκτημένους τῶν πολιτῶν τὰ ὄντα ἀπολλύντας, ἔτι δ' ὑστερίζουσαν ἐκ τούτων τὴν πόλιν τῶν καιρῶν, ἔθηκα νόμον, καθ' ὃν τοὺς μὲν τὰ δίκαια ποιεῖν ἠνάγκασα, τοὺς πλουσίους, τοὺς δὲ πένητας ἔπαυσα ἀδικουμένους, τῇ πόλει δ' ὅπερ ἦν χρησιμώτατον, ἐν καιρῷ γίγνεσθαι τὰς ναυτικὰς παρασκευὰς ἐποίησα. καὶ γρα- 103
φεὶς τὸν ἀγῶνα τοῦτον παρανόμων εἰς ὑμᾶς εἰςῆλθον καὶ ἀπέφυγον, καὶ τὸ μέρος τῶν ψήφων ὁ διώκων οὐκ ἔλαβε. καίτοι πόσα χρήματα τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν ἢ τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους

abest a plurimis, optimis et antiquissimis codd. In recentissima editione Bekker. etiam παρανόμων omisit, quod nonnisi in tribus codd. ut varia lectio est adscriptum et potius a Grammatico profectum, ut explicatio ad τὸν ἀγῶνα τοῦτον. Nam haec ipsa causa, quam agit Demosthenes, est παρανόμων in Ctesiphontem.

τὸ μέρος] Vulgo τὸ πέμπτον μερ., at πέμπτον cum codd. optimis recte om. Bekker. Item infra §. 105., ubi omnes fere, et §. 222., ubi praestantissimus om. Σ.

τοὺς μὲν] primo ponitur, quoniam ex contextu satis apparet, quinam intelligendi sint; in fine autem nomen ipsum addidit, ut homines eo fortius notaret.

§. 103. εἰς ὑμᾶς εἰςῆλθον] εἰςέρχεσθαι est verbum iudiciale, et dicitur tum de causa, quae in iudicium venit, tum de actore, qui accusat, tum de reo, qui accusatur et se defendit, denique de iudice. ἀπέφυγον item est verbum proprium de reo, qui iudicum suffragiis absolvitur.

τὸ μέρος] pars iusta, quam suffragiorum fuisse quintam, nemini tum ignorabatur. Nempe si accusator in causa publica et gravi apud senatum aut populum non quintam suffragiorum partem tulerat, multa ei imponebatur mille (hic dicitur quingentarum; hoc erat τίμημα κακηγορίας, Boeckh Staatsh. I. p. 397.) drachmarum: quae lex erat in populo tam litigioso et loquaci necessaria et salutaris, ne tranquilli cives a sycophantis semper in iudiciis vexarentur et innocentes forsitan opprimerentur.

τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν] Singulae decem tribuum centenos vicenos, qui ditissimi essent, de suo corpore prodebant. Hi omnes in partes binas dispertiti efficiebant viginti classes, συμμορίας, sexagenorum capitum singulas, et in singulis tribubus binas. Ita collecti mille ducenti rursus in duas partes dividebantur, sexcentorum hominum utramque, easque rursus in binas, ut essent quattuor, unaquaeque trecentorum. Isti vero trecenti divitiis ceteram turbam anteeuntes principes erant in conferendo, et urgente bello pecuniam repraesentabant, quam deinde minus iniquo tempore a tenuioribus redigerent: quare eos di-

οἴεσθέ μοι διδόναι, ὥςτε μάλιστα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον τοῦτον, εἰ δὲ μή, καταβαλόντα ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ; τοσαῦτ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσα ὀκνήσαιμ' ἂν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. καὶ ταῦτ' εἰκότως
104 ἔπραττον ἐκεῖνοι· ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων συνεκκαίδεκα λειτουργεῖν, αὐτοῖς μὲν μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι, τοὺς δ' ἀπόρους τῶν
261 πολιτῶν ἐπιτρίβουσιν, ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου τὸ γιγνόμενον κατὰ τὴν οὐσίαν ἕκαστον τιθέναι, καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος ὁ τῆς μιᾶς ἕκτος καὶ δέκατος ὢν πρότερον συντελής· οὐδὲ γὰρ τριηράρχους ἔτι ὠνόμαζον ἑαυτούς, ἀλλὰ συντελεῖς. ὥςτε δὴ ταῦτα λυθῆναι, καὶ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἀναγκασθῆ-

cio audientes habebant in rebus omnibus. Istae classes habebant suos principes, qui vocabantur *ἡγεμόνες* vel *ἄρχοντες συμμορίας*. *ἡγεμὼν ἐκαλεῖτο συμμορίας*, inquit Harpocration, *ὁ προέχων τῷ πλούτῳ καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἡγεμονεύειν ἐπειλημμένος*. Num hi trecenti sic appellati fuerint, non decernam. Verisimile tamen est, quum Demosthenes dicat *ἢ τοὺς δευτέρους*, quibus secunda et tertia trecentorum classis indicari videtur.

διδόναι] saepe est offerre: qua significatione positum referendum est inter ea verba, quae non factum ipsum, sed conatum exprimunt. Vide Rost. Gr. §. 116. annot. 5. ed. IV.

καταβαλόντα ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ] *ὑπωμοσία* est, explicante Harpocratione, *τὸ ὑπερτίθεσθαι προφάσει χρώμενον ἀποδημίας ἢ νόσῳ ἤ τινι τῶν παραπλησίων μεθ' ὅρκου*. Flagitabant igitur, ut, si iam publice annuntiasset legem *καταβαλόντα*, eam tamen sineret in oblivionem abire, causa iureiurando allata, quae impediret iam hanc legem rogare. *ὑπωμοσία* Pollux VIII, 56. disertis verbis ad retractionem legis vel psephismatis adhibet. *ὑπωμοσία ἐστιν*, inquit, *ὅταν τις ἢ ψήφισμα γράφοντα γράψηται, ὡς ἀνεπιτήδειος*. Fortasse igitur postulabant, ut, si quis ipsorum hanc legem ut *ἀνεπιτήδειον* accuset, Demosthenes tandem cedat. Atque etiam de legis rogatae actione nostro loco vocabulum intelligendum censet Schömann. de com. p. 164. — *καταβάλλειν* est vocabulum proprium de scriptis iam depositis.

§. 104. *μικρὰ καὶ οὐδέν*] *καὶ* saepe auget, ut corrigentis, et idem fere est, quod *μᾶλλον δέ*, immo.

ἐπιτρίβειν proprie atterere; tropice adhiberi potest de deminutione facultatum; *ἐπιτρίβειν*, exhaurire alicuius opes; si de corporis viribus sermo est, frangere alicuius vires, et sic tropica significatio ratione contextus variat.

τὸ γιγνόμενον] rata portio. Vid. Hermann. ad Vig. p. 778 sq.

ναι; οὐκ ἔσθ' ὅ τι οὐκ ἐδίδοσαν. καί μοι λέγε πρῶτον μὲν τὸ ψήφισμα, καθ' ὃ εἰσῆλθον τὴν γραφήν, εἶτα τοὺς καταλόγους, τόν τ' ἐκ τοῦ προτέρου νόμου καὶ τὸν κατὰ τὸν ἐμόν. λέγε. 105

ΨΗΦΙΣΜΑ.

„Ἐπὶ ἄρχοντος Πολυκλέους, μηνὸς Βοηδρομιῶ„νος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, φυλῆς πρυτανευούσης Ἱπποθο„ωντίδος, Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς εἰς„ήνεγκε νόμον (εἰς τὸ) τριηραρχικὸν ἀντὶ τοῦ προτέ„ρου, καθ' ὃν αἱ συντέλειαι ἦσαν τῶν τριηράρχων· „καὶ ἐπεχειροτόνησεν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος· καὶ „ἀπήνεγκε παρανόμων γραφὴν Δημοσθένει Πατρο-

τιθέναι] h. l. praesentem pecuniam numerare. Harpocration s. v. μετοίκιον· Οἱ μὴ τιθέντες τὸ μετοίκιον.

συντελής] συντελεῖς, inquit Harpocration, οἱ συνδαπανῶντες καὶ συνεισφέροντες, τὸ δὲ πρᾶγμα συντέλεια. Antequam nempe Demosthenes suum psephisma tulerat, inter sedecim dividebantur aequaliter impensae in unam triremem faciendae. Quum autem ex Demosthenis psephismate impensae essent ratione opum faciendae, interdum eveniebat, ut unum, qui decimam sextam partem in triremem impenderat, iam duas naves parare oporteret.

οὐκ ἔσθ' ὅ τι οὐκ ἐδίδοσαν] Nihil non obtulerunt. Ad significationem verbi διδόναι, quae hic obtinet, non attendens Marklandus addendum opinatus est ἄν.

§. 105. καθ' ὃ εἰσῆλθον] κατὰ cum accusativo rationem quamcunque, ein jedes Verhältniss, indicat. Hinc interdum etiam causalem: quod non tolerantes viri docti saepe restituendum censuerunt διά. Hic idem loco κατὰ poni posset, atque etiam in psephismate ipso: καθ' ὃν αἱ συντέλειαι ἦσαν τῶν τριηράρχων.

Πολυκλέους] Dubium, quando hic fuerit Archon. Corsini Fast. Att. T. I. p. 351. Pseudeponymum eum fuisse Ol. CIX. anno 3. vel 4. Sed quum psephisma hoc mense Boedromione factum sit, qui mensis est anni Attici tertius, non verisimile est, iam tum Archontem eponymum decessisse et successisse pseudeponymum. Libentius igitur nos rem ignorare fatemur, quam audacter affirmare quod probare non possumus. [Cf. Boeckh, de Archont. Pseud. p. 140].

τὸ τριηραρχικόν] Videtur esse tribunal praepositum rebus ad trierarchiam spectantibus. Quot homines fuerint et quae eorum munera, non invenio. Erat fortasse pars Senatus, cui harum rerum cura mandabatur. Certe ab hoc tribunali referebatur res ad senatum et inde ad populum.

„κλῆς Φλυεύς. καὶ τὸ [πέμπτον] μέρος τῶν ψήφων „οὐ λαβὼν ἀπέτισε τὰς πενταχοσίας δραχμάς."

106 Φέρε δὴ καὶ τὸν καλὸν κατάλογον.

ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ.

„Τοὺς τριηράρχους καλεῖσθαι ἐπὶ τὴν τριήρη „συνεκκαίδεκα ἐκ τῶν ἐν τοῖς λόχοις συντελειῶν, ἀπὸ „εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν εἰς τετταράκοντα, ἐπὶ ἴσον „τῇ χορηγίᾳ χρωμένους."

Φέρε δὴ παρὰ τοῦτον τὸν ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου κατάλογον.

262 ## ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ.

„Τοὺς τριηράρχους αἱρεῖσθαι ἐπὶ τὴν τριήρη

Φλυεύς] δημότης ex demo Φλύα, tribus Cecropidis, celebris templis duobus, in quibus erant arae plerorumque deorum.

ἀποτίνειν verbum est proprium de multis, Geldstrafen, et sic differt a πάσχειν, quod poenas spectat in personam ipsam cadentes, ut in illa sollemni formula παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι.

§. 106. **ἐκ τῶν ἐν τοῖς λόχοις συντελειῶν**] Locus qui vix unquam ita poterit explicari, ut nulla dubitatio maneat: quod statuerunt etiam duumviri praestantissimi F. A. Wolfius in Prolegg. ad Leptin. p. CXII. n. 101. et Aug. Boeckhius Staatshaushaltung T. II. p. 102. Nusquam enim hoc sensu amplius leguntur λόχοι: quod plerumque est vocabulum militare et significat certum militum numerum. Esse autem illud h. l. vocabulum civile et per id item certum hominum numerum ad rem civilem constitutum significari satis videtur certum. Quantus autem hic numerus fuerit, non traditur, nec quidquam quod sit probabile conlicere licet. Haud absurdum quod Hier. Wolfius opinatur, per λόχους in catalogo intelligendas esse quae plerumque dicuntur συμμορίαι, et in hoc oportebit acquiescere. Quid autem est ἐκ τῶν ἐν τοῖς λόχοις συντελειῶν? Ne hoc quidem planum. Erat forsitan secundum contributiones, quae in symmoriis institutae erant.

ἐπὶ ἴσον τῇ χορηγίᾳ χρωμένους] ἡ χορηγία est praestatio in genere: eodem modo impensas partientes, aequalem omnes summam tribuentes. Census igitur erat in capita, non secundum facultates.

ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ] Secundum Demosthenis catalogum oportebat decem talentorum opes unam praestare triremem. Si quis civium plus possidebat, pro ratione opum tribuebat; summum, quod praestandum erat, erant tres triremes et ὑπηρετικόν. Civium autem, qui minus decem talentis possidebant, tot coniungebantur, ut eorum opes summam decem talentorum adaequarent, et singuli pro cuiusque facultatibus tribuebant.

„ἀπὸ τῆς οὐσίας κατὰ τίμησιν, ἀπὸ ταλάντων δέκα· „ἐὰν δὲ πλειόνων ἡ οὐσία ἀποτετιμημένη ᾖ χρημά„των, κατὰ τὸν ἀναλογισμὸν ἕως τριῶν πλοίων „καὶ ὑπηρετικοῦ ἡ λειτουργία ἔστω. κατὰ τὴν αὐτὴν „δὲ ἀναλογίαν ἔστω καὶ οἷς ἐλάττων οὐσία ἐστὶ τῶν „δέκα ταλάντων, εἰς συντέλειαν συναγομένοις εἰς τὰ „δέκα τάλαντα.“

Ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῶν δο- 107
κῶ, ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἂν τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν οἱ πλούσιοι; οὐ τοίνυν μόνον τῷ μὴ καθυφεῖναι ταῦτα σεμνύνομαι, οὐδὲ τῷ γραφεὶς ἀποφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τῷ συμφέροντα θεῖναι τὸν νόμον καὶ τῷ πεῖραν ἔργῳ δεδωκέναι. πάντα γὰρ τὸν πόλεμον τῶν ἀποστόλων γιγνομένων κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐμόν,

τίμησιν] τιμᾶν et coniugata de **censu** dicuntur. *τίμησις* est actio censendi. *τίμημα* dicuntur opes, unde quis censum edit. *ἡ οὐσία ἀποτετιμημένη* sunt opes censae, vel census, qui certis opibus est impositus.

ὑπηρετικόν] sc. *πλοῖον*. Dicunt etiam *ὑπηρετικὴ* vel *κέλης ὑπηρετική*, **navis actuaria** minor, qua utuntur, qui ordinant navale praelium, discurrentes inter naves maiores. Hae naviculae religari solebant funiculo ad longarum puppes. Adhibebantur etiam ad ministeria, quibus opus erat celeritate.

§. 107. **οἱ πλούσιοι]** Ex antecedente *δοκῶ* supplendum *δοκοῦσι*, unde pendet infinitivus *ἀναλῶσαι ἄν*: quod adeo displicuit librario aut grammatico, ut *ἀναλῶσαι ἂν* corrumperet in *ἀναλώσειαν*.

τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν] Apponunt eiusmodi genitivo multis in locis praepositionem vel *ἕνεκα* vel *ὑπέρ*. Si omittitur, dicendum est genitivum indicare commutationem. Divites nempe pecuniam dedissent pro eo, ut iusta eos agere non oporteret. Facilius quidem genitivi ratio intelligitur, si dicitur supplendum esse *ἕνεκα*. Sed ellipses non sunt ex genio linguarum antiquarum.

καθυφεῖναι] *καθυφιέναι τι* est: quod non oportebat prodere concedere, omittere, sive in gratiam alterius, sive precibus commotum, sive pecunia corruptum, sive segnitie, sive quacunque de causa. Inprimis dicitur ratione causarum, quas quis non persequitur. Hinc iungitur aliis similibus verbis in **Mid.** p. 563. §. 41. *παραινοῦντες ἀπαλλαγῆναι καὶ καθυφεῖναι τὸν ἀγῶνα τουτονί.*

τῷ πεῖραν ἔργῳ δεδωκέναι] experientia, facto docuisse, hanc legem esse salutarem.

πάντα γὰρ τὸν πόλεμον] accusativus temporis durantis, ubi nos interrogamus **wie lange**, et ubi interdum praepositionem *διὰ* vel *παρὰ* addunt. Cf. **Matthiae** Gr. §. 425. 2. b. p. 785.

ἀποστόλων] **Harpocra-**

οὐχ ἱκετηρίαν ἔθηκε τριήραρχος οὐδεὶς πώποθ' ὡς ἀδικούμενος παρ' ὑμῖν, οὐκ ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθέζετο, οὐχ ὑπὸ τῶν ἀποστολέων ἐδέθη, οὐ τριήρης οὔτ' ἔξω καταληφθεῖσα ἀπώλετο τῇ πόλει, οὔτ' αὐ-
108 τοῦ ἀπελείφθη οὐ δυναμένη ἀνάγεσθαι. καίτοι κατὰ τοὺς προτέρους νόμους ἅπαντα ταῦτα ἐγίγνετο. τὸ δ' αἴτιον, ἐν τοῖς πένησιν ἦν τὸ λειτουργεῖν· πολλὰ δὴ τὰ ἀδύνατα συνέβαινεν. ἐγὼ δ' ἐκ τῶν ἀπόρων εἰς τοὺς εὐπόρους μετήνεγκα τὰς τριηραρχίας· πάντ' οὖν τὰ δέοντα ἐγίγνετο. καὶ μὴν καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἄξιός εἰμι ἐπαίνου τυχεῖν, ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα προῃρούμην πολιτεύματα, ἀφ' ὧν ἅμα δόξαι καὶ τιμαὶ καὶ δυνάμεις συνέβαινον τῇ
263 πόλει, βάσκανον δὲ καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες οὐδέν ἐστι πολίτευμα ἐμόν, οὐδὲ ταπεινόν, οὐδὲ τῆς πό-

§. 107. καταληφθεῖσα] ita Bekk. Reisk.: „praetuli καταληφθεῖσα — hac potissimum de causa, quod, ni memoria fallit, „non καταλείπεσθαι, sed ἀπολείπεσθαι aut ὑπολείπεσθαι „usurpatur de nave retro manente.“ Non displicet tamen lectio librorum fere omnium καταλειφθεῖσα. Navem enim omnino aliam periisse negare Demosthenes non videtur. Poterant enim perire tempestatibus, aut capi ab hostibus aut demergi ab iisdem, nec tamen poterat horum casuum ullius culpa referri in eum, qui navem instruxerat. Orator laudi sibi hoc ducit, quod sua effectum sit lege, ut navis nulla deterius instrueretur, neque ulla alicubi relicta amitteretur. Relinqui poterat navis aut iam tion: Ἀπόστολοι, inquit, εἰσὶν αἱ τῶν νεῶν ἐκπομπαί, et ἀποστολέας explicat τοὺς ἐπὶ τῆς ἐκπομπῆς τῶν τριηρῶν ἀποδεδειγμένους. Pollux L. VIII, 99. eos esse dicit τοὺς προνοουμένους τοῦ ἀποστόλου καὶ τοῦ ἔκπλου τῶν τριηρέων. Collegium erat, quod potestatem habebat eos in carcerem coniiciendi, qui segnes erant in re nautica et lites in re nautica natas iudicandi. Erant decem, ut traditur in λέξεσι ῥητορικαῖς Anecd. Bekk. T. I. p. 203. et in συγγραφῇ λέξεων χρησίμων p. 435.

ἱκετηρίαν ἔθηκε] ἱκετηρίαν θεῖναι dicitur de eo, qui vel imaginem dei vel frondem in manibus ferens populum implorat auxilium.

ἐν Μουνυχίᾳ] Munychia, pars Piraei, in qua erat templum Artemidis. Hic confugerunt trierarchi vel nautae, qui se iniuriam passos esse credebant, et in ara Artemidis consederunt.

αὐτοῦ] i. e. in portu Athenarum.

§. 108. ἐν τοῖς πένησιν] Quod haec onera pauperibus imponebantur, qui iis ferendis impares erant.

ἀδύνατα respondet sequenti τὰ δέοντα, et significat man-

λεως ἀνάξιον. ταὐτὸ τοίνυν ἦθος ἔχων ἔν τε τοῖς 109
κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς
φανήσομαι· οὔτε γὰρ ἐν τῇ πόλει τὰς παρὰ τῶν
πλουσίων χάριτας μᾶλλον ἢ τὰ τῶν πολλῶν δίκαια
εἱλόμην, οὔτ᾽ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς τὰ Φιλίππου δῶρα
καὶ τὴν ξενίαν ἠγάπησα ἀντὶ τῶν κοινῇ πᾶσι τοῖς
Ἕλλησι συμφερόντων.

Ἡγοῦμαι τοίνυν λοιπὸν εἶναί μοι περὶ τοῦ κη- 110
ρύγματος εἰπεῖν καὶ τῶν εὐθυνῶν· τὸ γὰρ ὡς τὰ ἄριστά γε ἔπραττον καὶ διὰ παντὸς εὔνους εἰμὶ καὶ πρόθυμος εὖ ποιεῖν ὑμᾶς, ἱκανῶς ἐκ τῶν εἰρημένων δεδηλῶσθαί μοι νομίζω. καίτοι τὰ μέγιστά γε τῶν πεπολιτευμένων καὶ πεπραγμένων ἐμαυτῷ παραλείπω, ὑπολαμβάνων πρῶτον μὲν ἐφεξῆς τοὺς περὶ αὐτοῦ τοῦ παρανόμου λόγους ἀποδοῦναί με δεῖν, εἶτα, κἂν

in portu a nautis, priusquam proficisceretur, aut relinqui a classe hostibus, utrumvis propter pravum navis apparatum. Iam nautae, qui navem relinquunt, ut h. l. in portu, dicuntur τὴν ναῦν ἀπολείπειν. Demosth. Polycl. p. 1211. pr. ἀθυμήσαντές μοι πολλοὶ τοῦ πληρώματος ᾤχοντο ἀπολείποντες τὴν ναῦν, quod fiebat consulto. Navis autem inconsulto relicta hostibus accuratius dicitur καταλελεῖφθαι, id quod huic loco aptum est.

[§. 108. Vulgo ἐν τοῖς πένησιν ἦν τῷ λειτουργεῖν μὴ δύνασθαι· πολλὰ δὴ etc. Duo praestantissimi libri Bekkeri omittunt μὴ δύνασθαι, et τὸ λειτουργεῖν exhibent cum plurimis aliis. τῷ vulgatum debetur editoribus. V. C. F. R.]

ea, debilia, non talia, qualia esse oportebat, si res bene cedere debebat.

βάσκανον] βάσκανος Bekkeri Anecd. p. 222.: ὁ καπίζων καὶ μεμφόμενος ἅπαντα καὶ πειρώμενος εἰς ἀπέχθειαν ἄγειν, καὶ βλαβερὸς καὶ δηλητικός.

§. 109. ἔν τε τοῖς κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς] κατὰ τὴν πόλιν spectat eas civiles rationes, quae civitati Atheniensium cum aliis Graeciae civitatibus intercedebant; τὰ Ἑλληνικά, quae universae Graeciae aut parti cum exteris erant. Sic §. 59. Ἑλληνικαὶ πράξεις.

τὴν ξενίαν] Philippus nempe, ut potentiam suam in Graecia augeret et firmaret, viros maxima auctoritate pollentes ξένους eligebat, ut rebus suis eo magis studerent.

ἀντί, prae, plus quam; ἀντὶ enim in pretio constituendo usurpatur.

§. 110. τῶν εὐθυνῶν] εὐθύνη est ratio reddenda magistratibus munere absoluto.

τῶν πεπολιτευμένων καὶ πεπραγμένων] Sic §. 45. πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν per ἓν διὰ δυοῖν iunctum: quae

μηδὲν εἴπω περὶ τῶν λοιπῶν πολιτευμάτων, ὁμοίως παρ' ὑμῶν ἑκάστῳ τὸ συνειδὸς ὑπάρχειν μοι.

111 Τῶν μὲν οὖν λόγων, οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε περὶ τῶν παραγεγραμμένων νόμων, οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὑμᾶς οἴομαι μανθάνειν, οὔτ' αὐτὸς ἠδυνάμην (συνιέναι) τοὺς πολλοὺς αὐτῶν· ἁπλῶς δὲ τὴν ὀρθὴν (ὁδὸν) περὶ τῶν δικαίων διαλέξομαι. τοσούτου γὰρ δέω λέγειν, ὡς οὐκ εἰμὶ ὑπεύθυνος, ὃ νῦν οὗτος πολλάκις διέβαλλε καὶ διωρί-

[§. 111. συνιέναι] συνεῖναι, aoristum a praestantissimis libris exhibitum, recepit Bekker. V. C. F. R.]

[ὀρθὴν ὁδόν] vocabulum ὁδόν, quo carent libri tres praestantissimi, omisit Bekker. V. C. F. R.].

§. 112. οὐδ' ἂν τῶν ἐννέα ἀρχόντων τις ὢν τύχῃ] Reiskius hoc loco parum intellecto scribere voluit οὔτ' ἄλλῳ οὐδενί, οὐδ' ἂν τῶν ἐννέα ἀρχ., dicens: „archontes non reddebant rationem, sed exigebant, quippe qui designatos honoribus capessi, rebus civilibus quum operam darem.

ὁμοίως] ubi exspectabas ὅμως, ut supra §. 39.

τὸ συνειδός] rerum scientiam, quas essem dicturus.

§. 111. ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν] Est haec usitatissima Demostheni formula; Phil. I. §. 41.; inprimis ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν τι. Phil. III. §. 36. fals. leg. §. 261. Aristocr. §. 178. bis, primo loco verbum ποιεῖν subintelligendum, posteriore additum est. Aristogit. A. §. 75. bis, ubi Bekk. posteriore loco καὶ retinuit, quum in uno tantum cod. abesset, primo omisit. — ἄνω τε καὶ κάτω uno tantum reperiebatur loco Olynth. vulg. B. §. 16., quod Bekk. in ἄνω κάτω mutavit; item in Mid. §. 91. ex vulg. ἄνω καὶ κάτω στρέφει fecit ἄνω κάτω στρέφει, melioribus utrobique obsecutus codd. Quid cuique loco conveniat, argumentis demonstrare difficile est. Hoc tamen videtur satis probabile, in iis locis, ubi oratio esset commotior ac tanquam rapidior, praetulisse oratorem formulam per asyndeton, ut in Olynth. II. et in Mid. Nostro autem loco, nova ineunte periodo, quum oratio sit sedatior ac remissior, recte additur καί. Apud Platonem difficilior fit electio. Vid. Heind. ad Gorg. p. 137. et 221. Stallb. ad Phileb. ed. II. p. 127. eund. ad Phaedon. p. 131. — κυκᾶν proprie est miscere, partibus multis inter se subactis. Tropice turbare, eaque significatio augetur adiunctis ἄνω καὶ κάτω, perturbare ita, ut quae sursum oportebat esse deorsum vertantur. Philemon Comicus tropicam verbi ἀνακυκᾶν significationem explicat adiecto καὶ ἀναστρέφειν πάντα. — Genitivus τῶν μὲν οὖν λόγων pendet ab accusativo τοὺς πολλούς, qui ipse pendet a verbis μανθάνειν et συνιέναι. Quod Reiskii caussa moneo, quem, quum non distingueret inter μανθάνειν τινός τι et μανθάνειν τινὸς περί τινος, loci nostri structura adeo latuit, ut constructionem ὑμᾶς

ζετο, ὥςθ' ἅπαντα τὸν βίον ὑπεύθυνος εἶναι ὁμολογῶ ὧν ἢ διακεχείρικα ἢ πεπολίτευμαι παρ' ὑμῖν.
ὧν μέντοι γε ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐπαγγειλάμενος δέ- 112
δωκα τῷ δήμῳ οὐδεμίαν ἡμέραν ὑπεύθυνος εἶναί
φημι (ἀκούεις, Αἰσχίνη;), οὐδ' ἄλλον οὐδένα, οὐδ' 264
ἂν τῶν ἐννέα ἀρχόντων τις ὢν τύχῃ. τίς γάρ ἐστι νόμος τοσαύτης ἀδικίας καὶ μισανθρωπίας μεστὸς, ὥςτε τὸν δόντα τι τῶν ἰδίων καὶ ποιήσαντα πρᾶγμα φιλάνθρωπον καὶ φιλόδωρον τῆς χάριτος μὲν ἀπο-

„sendis explorarent." Verum hic non agitur de *δοκιμασίᾳ* designatorum, quae fuit penes *ἄρχοντας* (vid. Tittm. resp. graec. p. 321.), sed de archontum ipsorum *εὐθύνῃ*, quam debebant eo accuratiorem, quo iis potestas credita erat amplior (Tittm. l. l p. 257.). Recte igitur Demosthenes per gradationem aptissimam: liberalitatis et beneficiorum gratuitorum ratio ne ab iis quidem potest exigi, qui alias gravissimis rationis reddendae tenentur legibus, novem archontibus.

μανθάνειν τοὺς πολλοὺς τῶν λόγων falsam esse pronuntiaret, genitivum autem a *μανθάνειν* pendentem faceret.

περὶ τῶν παραγεγραμμένων νόμων] *παραγράφειν νόμον* est legi iam latae aliam opponere. Ergo *νόμος παραγεγραμμένος* est lex violata. Nempe copiose Aeschines demonstrare studuerat psephisma Ctesiphontis de coronando Demosthene contrariam esse legibus receptis: cuiusmodi psephisma ferre non licebat.

διέβαλλε καὶ διωρίζετε] in *διαβάλλειν* inest calumniosam fuisse legum interpretationem, in *διορίζεσθαι* affirmationem talem calumniarum fuisse, ut verissima dixisse videatur.

ὧν ἢ διακεχείρικα ἢ πεπολίτευμαι] *διαχειρίζειν* spectat pecunias, quas ex publico aerario in certos usus acceperit; *πολιτεύεσθαι* alia munera civilia, quorum non erat cura pecuniarum publicarum, v. c. legationes.

§. 112. *μέντοι γε*] iam antiqui Grammatici hanc particulam reiecerunt, ut Atticis non usitatam. Atque etiam inter recentiores Porsonus *γε* post *τοι* positum esse negavit. Id si vir doctissimus etiam de scriptoribus prosae Atticae affirmet, nimirum fallitur: quod intellexerunt etiam alii in lectione scriptorum Atticorum versatissimi, ut Lobeck. ad Phryn. p. 342. In Demosthene plus duodecies *μέντοι γε* notavi, nec id ceteri Oratores Attici reiiciunt. [Cf. Heindorf. ad Phaedon. §. 182. p. 224.]

ἐπαγγειλάμενος] sponte mea. In eo enim, quod quis aliquid se facturum pollicetur, inest iure id exigi ab eo non posse.

τῶν ἐννέα ἀρχόντων] Archontes quum in republica tam suspicaci summam tenerent potestatem, plurimos etiam habebant, qui eorum potestati inviderent et severissimam ab iis rationem flagitarent.

στερεῖν, εἰς δὲ τοὺς συκοφάντας ἄγειν, καὶ τούτους
ἐπὶ τὰς εὐθύνας ὧν ἔδωκεν ἐφιστάναι; οὐδὲ εἷς (δή-
που). εἰ δέ φησιν οὗτος, δειξάτω, κἀγὼ στέρξω καὶ
113 σιωπήσομαι. ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,
ἀλλ' οὗτος συκοφαντῶν, ὅτι ἐπὶ τῷ θεωρικῷ τότε
ὧν ἐπέδωκα τὰ χρήματα, ἐπήνεσεν αὐτόν φησιν ἡ
βουλὴ ὑπεύθυνον ὄντα. οὐ περὶ τούτων γε οὐδενὸς,
ὧν ὑπεύθυνος ἦν, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἐπέδωκα, ὦ συκο-
φάντα. ἀλλὰ καὶ τειχοποιὸς ἦσθα, φησί, καὶ διά γε
τοῦτο ὀρθῶς ἐπῃνούμην, ὅτι τἀνηλωμένα ἐπέδωκα
καὶ οὐκ ἐλογιζόμην. ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς εὐθυνῶν
καὶ τῶν ἐξετασόντων προςδεῖται, ἡ δὲ δωρεὰ χάριτος
καὶ ἐπαίνου δικαία ἐστὶ τυγχάνειν· διόπερ ταῦτ'
114 ἔγραψεν ὁδὶ περὶ ἐμοῦ. ὅτι δ' οὕτω ταῦτα οὐ μό-
νον ἐν τοῖς νόμοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἤθε-
σιν ὥρισται, ἐγὼ ῥᾳδίως πολλαχόθεν δείξω. πρῶτον

[ἔδωκεν] aoristum Bekker. ex optimis plurimisque libris restituit. Vulgo δέδωκεν. In sequentibus idem eorundem librorum auctoritate permotus δήπου omisit. V. C. F. R.].

§. 113. τἀνηλωμένα] Bekkerus in priore editione τἀναλωμένα dedit ex paucis libris. Nempe post Valckenaerium, qui ad Eurip. Phoen. 591. Atticistarum praeceptum, in ἀνάλωκα α non augeri in η, probare studebat, mos invaluit η etiam contra libros in α mutandi. Nuper tamen Elmsleius ex Inscriptionibus probavit Atticos huic verbo augmentum dedisse, atque Hermannus ei assentitur ad Soph. Ai. 1028., addens augmenti omissionem esse orationis vulgaris. In Demosthene ubique et plurimi et optimi codd. augmentum habent. [Vid. Buttm. Gr. ampl. §. 114. in ἀναλίσκω.]

εἰς δὲ τοὺς συκοφάντας ἄγειν] obtrectationi et invidiae malevolorum hominum obiicere.

κἀγὼ στέρξω καὶ σιωπήσομαι] formula, quae significat eam quidem rem, de qua sermo sit, loquentem non approbare, sed necesse esse ea acquiescere; κατὰ Ἀριστοκρ. 677. οὐκ ἔχων δ' ἐκεῖνος, οἶμαι, δύναμιν στέργειν ἠναγκάζετο τούτοις.

[ταῦτ' ἔγραψεν ὁδὶ περὶ ἐμοῦ] hanc legem rogavit hicce (Ctesiphon) de me (coronando). V. C. F. R.].

§. 114. Ναυσικλῆς] Eius mentio fit infra §. 181. ut archontis eo tempore, quum Demosthenes, Elatea capta, Athenienses hortaretur ad societatem belli cum Thebanis ineundam, quod accidebat Ol. CX, 2.

Διότιμος] Hanc rem ex solo hoc loco novimus. Neque de Diotimo plura novimus quam hic locus nos docet. Diotimi Euonymensis mentio fit κατα

μὲν γὰρ Ναυσικλῆς στρατηγῶν ἐφ' οἷς ἀπὸ τῶν ἰδίων
προεῖτο πολλάκις ἐστεφάνωται ὑφ' ὑμῶν· εἶθ' ὅτι τὰς
ἀσπίδας Διότιμος ἔδωκε, καὶ πάλιν Χαρίδημος, ἐστεφα-
νοῦντο· εἶθ' οὑτοσὶ Νεοπτόλεμος, πολλῶν ἔργων ἐπιστά-
της ὤν, ἐφ' οἷς ἐπέδωκε τετίμηται. σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη
τοῦτό γε, εἰ τῷ τινὰ ἀρχὴν ἄρχοντι ἢ διδόναι τῇ πό-
λει τὰ ἑαυτοῦ διὰ τὴν ἀρχὴν μὴ ἐξέσται, ἢ τῶν 265
δοθέντων ἀντὶ τοῦ κομίσασθαι χάριν εὐθύνας ὑφέ- 115
ξει. ὅτι τοίνυν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, λέγε τὰ ψηφί-
σματά μοι τὰ τούτοις γεγενημένα αὐτὰ λαβών. λέγε.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

„Ἄρχων Δημόνικος Φλυεύς, Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ
„μετ' εἰκάδα, γνώμῃ βουλῆς καὶ δήμου, Καλλίας
„Φρεάῤῥιος εἶπεν, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ
„στεφανῶσαι Ναυσικλέα τὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων, ὅτι,
„Ἀθηναίων ὁπλιτῶν δισχιλίων ὄντων ἐν Ἴμβρῳ, καὶ

§. 114. ἐφ' οἷς ἀπὸ τῶν ἰδίων προεῖτο] Reg. a teste Tayloro πρόοιτο, quod quanquam non est commendandum, non tamen temere a lectionis auctore inventum esse puto. Is enim actionem iteratam fuisse indicare voluit, quod per optativum post relativum fieri notissimum est. Atque huic quidem interpretationi favere videtur apodosis πολλάκις ἐστεφάνωται. Nil tamen mutandum. Nam προεῖτο est optativus, quam formam recte restituit Bekkerus de pace §. 15., ubi pro vulg. πρόοιντ' ἂν edidit προεῖντ' ἄν. Phil. II. §. 8. προεῖσθε pro vulg. πρόοισθε. (At ibid. §. 17. προεῖσθε est indicativus.) Cf. Buttm. Gr. Gr. ampl. I. §. 538 sqq. Matth. Gr. §. 213. Alia res est apud Thucydidem, quem hac optativi forma uti negat Poppo prolegg. I. p. 228. et 229. Bekkerus ipse in Thuc. I. 120. edidit πρόοιντο, [in edit. stereotypa anni 1832. legitur προεῖντο, in cod. G. πρόειντο. F. I.]

Μειδίου c. 57. p. 581., quem eundem cum nostro esse opinatur ibi Spaldingius, et pagi nomen additum, ut discerneretur a Diotimo Icariensi, qui a Demosthene alio loco notatur ut homo profligatus et infamis.

§. 115. τὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων] Hoc idem erit, quod sequenti psephismate ὁ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν, ubi sic dicitur, quoniam opponitur ὁ ἐπὶ τῶν ἱππέων. In priore autem psephismate oppositio est ἐπὶ τῆς διοικήσεως, ut in psephismate, quod habuimus supra §. 37 sq. Tenendum in genere armorum nomina apud Graecos saepe poni pro militibus, qui hoc armorum genere utuntur.

ἐν Ἴμβρῳ] Insula sita adversus Thraciam, Lemno proxima, Corybantibus sacra. Huc coloniam deduxerunt Athenienses; Demosthenes Philipp. I. p. 49. ait de Philippo: ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον εἰς Λῆ-

„*βοηθούντων τοῖς κατοικοῦσιν Ἀθηναίων τὴν νῆσον, „οὐ δυναμένου Φίλωνος τοῦ ἐπὶ τῆς διοικήσεως κε„χειροτονημένου διὰ τοὺς χειμῶνας πλεῦσαι καὶ μι„σθοδοτῆσαι τοὺς ὁπλίτας, ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἔδω„κε, καὶ οὐκ εἰςέπραξε τὸν δῆμον, καὶ ἀναγορεῦσαι „τὸν στέφανον Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς.*

116 *ΕΤΕΡΟΝ ΨΗΦΙΣΜΑ.*

„*Εἶπε Καλλίας Φρεάῤῥιος, πρυτάνεων λεγόντων „βουλῆς γνώμῃ, ἐπειδὴ Χαρίδημος ὁ ἐπὶ τῶν ὁπλι„τῶν ἀποσταλεὶς εἰς Σαλαμῖνα, καὶ Διότιμος ὁ ἐπὶ „τῶν ἱππέων ἐν τῇ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ μάχῃ τῶν στρα„τιωτῶν τινῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων σκυλευθέντων, ἐκ „τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων καθώπλισαν τοὺς νεανίσκους „ἀσπίσιν ὀκτακοσίαις, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ „δήμῳ στεφανῶσαι Χαρίδημον καὶ Διότιμον χρυσῷ „στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς με„γάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι, καὶ Διονυσίοις, τρα-*

§. 115. *Ἀθηναίων ὁπλιτῶν διςχιλίων — τοῖς κατοικοῦσιν Ἀθηναίων τὴν νῆσον*] *Ἀθηναίοις* scripsit Harless. pro *Ἀθηναίων*, qua mutatione opus non est. *Ἀθηναίων* non con-

μνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾤχετ' ἄγων. Videtur hoc accidisse Ol. CV, 3.

ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως] vel *ταμίας τῆς διοικήσεως*, is erat, qui ex aerario publico satisfacere debebat publicis quibuscunque impensis.

μισθοδοτῆσαι τοὺς ὁπλίτας] Videtur locutio actorum publicorum, vix opinor scriptoris Attici.

§. 116. *εἰς Σαλαμῖνα*] Salamis una praecipuarum urbium insulae Cypri, cui saepe Athenienses auxilium miserunt. [Salaminem insulam Atticae vicinam intelligit Winiewski in Comm. histor. p. 299.]

ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ] Ad fluvium, qui idem cum urbe nomen habebat. [ad Boccaliam potius. Winiewski l. c. p. 301.].

Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις] Erant duo genera *Παναθηναίων*, dicta *τὰ μεγάλα* et *τὰ μικρά*. Illa quinto quoque anno celebrabantur, haec, ut quidam tradunt, quotannis, ut alii, tertio quoque anno. Celebrabantur in honorem Minervae, et totus populus Atheniensis ad ea confluebat. Certamina erant trium generum, currendo et equitando, gymnica et musica.

θεσμοθέτας, πρυτάνεις, ἀγωνοθέτας] Tribus collegiis cura erat demandata, ut perspiciatur, quanti res aestimetur.

§. 117. *καὶ δέδωκά γε εὐ-*

„γῳδοῖς καινοῖς· τῆς δὲ ἀναγορεύσεως ἐπιμεληθῆναι 266
„θεσμοθέτας, πρυτάνεις, ἀγωνοθέτας."

Τούτων ἕκαστος, Αἰσχίνη, τῆς μὲν ἀρχῆς ἧς 117
ἦρχεν ὑπεύθυνος ἦν, ἐφ' οἷς δ' ἐστεφανοῦτο οὐχ ὑπεύθυνος. οὐκοῦν οὐδ' ἐγώ· ταὐτὰ γάρ δίκαιά ἐστί μοι περὶ τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις δήπου. ἐπέδωκα· ἐπαινοῦμαι διὰ ταῦτα, οὐκ ὢν ὧν ἐπέδωκα ὑπεύθυνος. ἦρχον· καὶ δέδωκά γε εὐθύνας ἐκείνων, οὐχ ὧν ἐπέδωκα. νὴ Δί', ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα· εἶτα παρών, ὅτε με εἰςῆγον οἱ λογισταί, οὐ κατηγόρεις;

Ἵνα τοίνυν εἰδῆτε, ὅτι αὐτὸς οὗτός μοι μαρτυ- 118
ρεῖ ἐφ' οἷς οὐχ ὑπεύθυνος ἦν ἐστεφανῶσθαι, λαβὼν ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα ὅλον τὸ γραφέν μοι. οἷς γὰρ οὐκ ἐγράψατο τοῦ προβουλεύματος, τούτοις ἃ διώκει συκοφαντῶν φανήσεται. λέγε.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

„Ἐπὶ ἄρχοντος Εὐθυκλέους, Πυανεψιῶνος ἐνάτῃ

struendum cum βοηθούντων, sed Athenienses aliqui insulam incolebant.

θύνας ἐκείνων] Videtur Demosthenes decursu temporis, quod intercedebat inter delatum ab Aeschine accusationis libellum et causam actam, muneris rationem aliquam reddidisse. Non enim, opinor, tam impudens erat, ut quod plane non factum erat factum esse affirmaret.

οἱ λογισταί] Harpocration: εἰσὶν τὸν ἀριθμὸν δέκα, οἳ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται ἐν ἡμέραις τριάκοντα, ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται οἱ ἄρχοντες. Qui plura velit cognoscere, adeat notas ad Aeschinem adv. Timarchum §. 44. [de logistis vid. Boeckh. in Museo Rhen. I. p. 58 ss. K. F. Hermann griech. Staatsalterth. p. 298. §. 154. 8.]

εἰςάγειν verbum iudiciale et de privato, qui causam defert, et de magistratu, qui vel iudices tractare iubet, vel ipse causam tractat. Λογισταὶ εἰςῆγόν τινα, quum publice per praeconem interrogarent τίς κατηγορεῖν βούλεται;

§. 118. οἷς — τοῦ προβουλεύματος] Quae psephismatis momenta. Quod versu antecedente ψήφισμα appellaverat, hic appellat προβούλευμα. Scilicet erat senatus consultum, quod Ctesiphontis rogatio de coronando Demosthene approbationem senatus acceperat. Sed tum demum fiebat ψήφισμα, quum erat a populo in concione probatum.

Πυανεψιών] Quintus men-

„ἀπιόντος, φυλῆς πρυτανευούσης Οἰνηΐδος, Κτησι-
„φῶν Λεωσθένους Ἀναφλύστιος εἶπεν, ἐπειδὴ Δημο-
„σθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς γενόμενος ἐπιμελη-
„τὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς καὶ προςαναλώσας
„εἰς τὰ ἔργα ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας τρία τάλαντα ἐπέ-
„δωκε ταῦτα τῷ δήμῳ, καὶ ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ κατα-
„σταθεὶς ἐπέδωκε τοῖς ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν θεωρι-
„κοῖς ἑκατὸν μνᾶς εἰς θυσίας, δεδόχθαι τῇ βουλῇ
„καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἐπαινέσαι Δημοσθένην
„Δημοσθένους Παιανιέα ἀρετῆς ἕνεκα καὶ καλοκάγα-
„θίας, ἧς ἔχων διατελεῖ ἐν παντὶ καιρῷ εἰς τὸν δῆ-
„μον τὸν Ἀθηναίων, καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφά-
267 „νῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ
„Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς· τῆς δὲ ἀναγορεύσεως
„ἐπιμεληθῆναι τὸν ἀγωνοθέτην.“

119 Οὐκοῦν ἃ μὲν ἐπέδωκα ταῦτ' ἐστίν, ὧν οὐδὲν
σὺ γέγραψαι· ἃ δέ φησιν ἡ βουλὴ δεῖν ἀντὶ τούτων
γενέσθαι μοι, ταῦτ' ἔσθ' ἃ διώκεις. τὸ λαβεῖν οὖν
τὰ διδόμενα ὁμολογῶν ἔννομον εἶναι, τὸ χάριν τού-
των ἀποδοῦναι παρανόμων γράφῃ; ὁ δὲ παμπόνηρος
ἄνθρωπος καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ βάσκανος ὄντως
ποῖός τις ἂν εἴη πρὸς θεῶν; οὐχ ὁ τοιοῦτος;

120 Καὶ μὴν περὶ τοῦ γ' ἐν τῷ θεάτρῳ κηρύττε-

§. 119. ποῖός τις ἂν εἴη πρὸς θεῶν; οὐχ ὁ τοιοῦτος;] Reiskius unam interrogationem ex duabus constituens de suo scripsit: ποῖός τις ἂν εἴη — — εἰ οὐχ ὁ τοιοῦτος; quod vel grammatica reiicitur. Attici enim nusquam εἰ οὐ dicunt pro εἰ μή. Quanquam equidem non nego, interdum in eadem enuntiatione εἰ — οὐ reperiri (quod negavit Elmsleius ad Eurip. Med. v. 87.), sed tum οὐ cum verbo iunctum notionem oppositam prae-

sis anni Attici a 7. Novembris ad 6. Decembris.

ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς] Quem Cicero dicit curatorem muris reficiendis.

τοῖς ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν θεωρικοῖς] Sunt interpretes, qui τοῖς θεωρικοῖς pro masculino habeant. Sed nusquam, opinor, leguntur οἱ θεωρικοί, semper τὰ θεωρικά. τὰ ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν θεωρικὰ sunt pecuniae collectae ex omnibus tribubus ad festa celebranda. [Ap. Plut. Vit. X. Orat. p. 846. a. legitur θεωροῖς. Cf. Boeckh. Staatsh. Vol. I. p. 228.]

§. 120. μυριάκις μυρί-

σθαι τὸ μὲν μυριάκις μυρίους κεκηρῦχθαι παραλείπω, καὶ τὸ πολλάκις αὐτὸς ἐστεφανῶσθαι πρότερον. ἀλλὰ πρὸς θεῶν οὕτω σκαιὸς εἶ καὶ ἀναίσθητος, Αἰσχίνη, ὥςτ' οὐ δύνασθαι λογίσασθαι, ὅτι τῷ μὲν στεφανουμένῳ τὸν αὐτὸν ἔχει ζῆλον ὁ στέφανος, ὅπου ἂν ἀναῤῥηθῇ, τοῦ δὲ τῶν στεφανούντων ἕνεκα συμφέροντος ἐν τῷ θεάτρῳ γίγνεται τὸ κήρυγμα; οἱ γὰρ ἀκούσαντες ἅπαντες εἰς τὸ ποιεῖν εὖ τὴν πόλιν προτρέπονται, καὶ τοὺς ἀποδιδόντας τὴν χάριν μᾶλλον ἐπαινοῦσι τοῦ στεφανουμένου. διόπερ τὸν νόμον τοῦτον ἡ πόλις γέγραφε. Λέγε δ' αὐτόν μοι τὸν νόμον λαβών.

ΝΟΜΟΣ.

„Ὅσους στεφανοῦσί τινες τῶν δήμων, τὰς ἀναγορεύσεις τῶν στεφάνων ποιεῖσθαι ἐν αὐτοῖς ἑκάστους τοῖς ἰδίοις δήμοις, ἐὰν μή τινας ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἢ ἡ βουλὴ στεφανοῖ· τούτους δ' ἐξεῖναι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις ἀναγορεύεσθαι.“

Ἀκούεις, Αἰσχίνη, τοῦ νόμου λέγοντος σαφῶς, 121
πλὴν ἐάν τινας ὁ δῆμος ἢ ἡ βουλὴ ψηφίσηται· τού- 268
τους δὲ ἀναγορευέτω. τί οὖν, ὦ ταλαίπωρε, συκοφαντεῖς; τί λόγους πλάττεις; τί σαυτὸν οὐχ ἐλλεβορίζεις ἐπὶ τούτοις; ἀλλ' οὐδ' αἰσχύνῃ φθόνου δίκην

bet, ut in illo Medeae loco οὐ στέργει idem est quod μισεῖ, aut εἰ significat an. — Sed si non iam his certissime refutaretur Reiskii opinio, nulla ratio est mutandae lectionis vulgatae. Duplex enim interrogatio sententias separans attentionem magis movet, et fixam tenet in singulas notiones cogitationem.

[§. 120. ὥςτ' οὐ δύνασθαι] δύνασαι e libris praestantioribus restituit Bekker. V. C. F. R.]

ους] Paronomasia, quam Demosthenes sobrie adhibet, nec eius est tam studiosus quam alii, inprimis Isocrates.

§. 121. τί σαυτὸν οὐκ ἐλλεβορίζεις ἐπὶ τούτοις;] ἐλλέβορος radix, Latinis veratrum; nobis Nieswurz, qua utebantur inprimis antiqui purgatoria, tum ad vomendum, tum ad levandam alvum. Eius virtutes laudantur praecipue contra bilem atram et vesaniam. Hinc tropice ἐλλεβορίζειν τινά, aliquem ad sanam mentem reducere.

φθόνου δίκη] lis, quae non causam habet in culpa eius, qui accusatur, sed in invidia eius, qui accusat.

εἰςάγων, οὐκ ἀδικήματος οὐδενός, καὶ νόμους τοὺς μὲν μεταποιῶν, τῶν δ' ἀφαιρῶν μέρη, οὓς ὅλους δίκαιον ἦν ἀναγιγνώσκεσθαι τοῖς γε ὀμωμοκόσι κατὰ
122 τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι. ἔπειτα τοιαῦτα ποιῶν λέγεις ἃ δεῖ προςεῖναι τῷ δημοτικῷ, ὥςπερ ἀνδριάντα ἐκδεδωκὼς κατὰ συγγραφήν, εἶτ' οὐκ ἔχοντα ἃ προςῆκεν ἐκ τῆς συγγραφῆς κομιζόμενος, ἢ λόγῳ τοὺς δημοτικούς, ἀλλ' οὐ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς πολιτεύμασι γιγνωσκομένους. καὶ βοᾷς ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα ὀνομάζων, ὥςπερ ἐξ ἁμάξης, ἅ σοι καὶ τῷ σῷ γένει
123 πρόςεστιν, οὐκ ἐμοί. καίτοι καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι, τῷ τὴν μὲν κατηγορίαν ἀδικήματ' ἔχειν, ὧν ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ τιμωρίαι, τὴν δὲ

[§. 121. Verba λαβεῖν τιμωρίαν, addita vulgo post ἀδικήματος οὐδενός, cum plurimis optimisque libris omisit Bekker. Idem

§. 122. ἔπειτα τοιαῦτα — πολιτεύμασι γιγνωσκομένους] Quasi statuam faciendam artifici locasses, in qua quae deberent esse virtutes enumerasses in syngrapha, postea, quum tibi afferretur statua, expostulares cum artifice, quod virtutes a te in syngrapha enumeratae non inessent. Similitudinis acerbitas continetur eo, quod Aesch. adv. Ctes. §. 168. pro suo qualicunque intellectu aliquam viri civilis delineat formam ac speciem, ad quam ceteros referre sua studia ut ex pactione oporteat, ita ut iuris et officii sui putet Aeschines expostulare cum iis, qui ad illam ab se inventam formam minus accedant. — Ceterum ante λόγῳ iterum intelligendum ὥςπερ. Frequentissimi enim sunt hi accusativi absoluti, quibus praecedit particula ὥςπερ. Ita infra §. 276. ὡς ἐὰν πρόϊερός τις εἴπῃ τὰ προςόνθ' ἑαυτῷ περὶ ἄλλου, καὶ δὴ τοῦθ' οὕτως ἔχοντα, καὶ οὐκέτι τοὺς ἀκούοντας σκεψαμένους. Isocr. Paneg. c. 14. ὥςπερ οὐ μετὰ τῶν ἐπαινεῖν βουλομένων ἡμᾶς τοὺς λόγους ὄντας τοὺς τοιούτους. Cuius structùrae originem ac rationem rimari si velis, ubique accusativum pendentem reperies a verbo omisso existimandi aut credendi ita, ut etiam aliis persuadere coneris, id quod indicatur a particula ὥςπερ aut ὡς. Nostro loco est quasi dixisset ἢ ὥςπερ ἡγούμενός γε καὶ ἡμᾶς πείθειν βουλόμενος, λόγῳ τοὺς δημ. κ. τ. λ. Vide Rost. Gr. §. 131. 4. et conf. etiam Stallbaum. ad Plat. Phaed. p. 185.

ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα] Vocabula petita sunt ex ritibus mysteriorum. Ῥητὰ sunt ea, quae dici licet etiam coram iis, qui non sunt initiati, ἄῤῥητα vero quae fari non licet: fanda et infanda. Tum autem haec quasi proverbialis est locutio de eo, qui cuncta miscet, sana et absurda, vera et falsa.

ὥςπερ ἐξ ἁμάξης] Feminae nempe Athenienses curribus ve-

λοιδορίαν βλασφημίας, ἃς κατὰ τὴν αὐτῶν φύσιν
τοῖς ἐχθροῖς περὶ ἀλλήλων συμβαίνει λέγειν. οἰκοδο-
μῆσαι δὲ τοὺς προγόνους ἡμῶν ταυτὶ τὰ δικαστήρια
ὑπείληφα, οὐχ ἵνα συλλέξαντες ὑμᾶς εἰς ταῦτα ἀπὸ
τῶν ἰδίων κακῶν τὰ ἀπόῤῥητα λέγωμεν ἀλλήλους,
ἀλλ' ἵνα ἐξελέγχωμεν, ἐάν τις ἠδικηκώς τι τυγχάνῃ
τὴν πόλιν. ταῦτα τοίνυν εἰδὼς Αἰσχίνης οὐδὲν ἧττον 124
ἐμοῦ πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἵλετο. οὐ μὴν
οὐδ' ἐνταῦθα ἔλαττον ἔχων δίκαιός ἐστιν ἀπελθεῖν.
ἤδη δ' ἐπὶ ταῦτα πορεύσομαι, τοσοῦτον αὐτὸν ἐρω-
τήσας· πότερόν σέ τις, Αἰσχίνη, τῆς πόλεως ἐχθρὸν
ἢ ἐμὸν εἶναι φῇ; ἐμὸν δηλονότι. εἶτα οὗ μὲν ἦν
παρ' ἐμοῦ δίκην κατὰ τοὺς νόμους ὑπὲρ τούτων λα- 260
βεῖν, εἴπερ ἠδίκουν, ἐξέλιπες, ἐν ταῖς εὐθύναις, ἐν

paullo post τοὺς μὲν ad fidem solius codicis Σ exclusit. V. C. F. R.]

hebantur festo Θεσμοφορίων, et se ipsas conviciis proscindebant: quod licitum erat. Hinc locutio proverbialis ἐξ ἁμάξης με ὑβρίζεις: et ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν, de iis, qui sine modo inter se conviciantur. [Schol. Lucian. in Iove Trag. c. 44. ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Διονυσίων παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ ἁμαξῶν καθήμενοι ἔσκωπτον ἀλλήλους καὶ ἐλοιδοροῦντο πολλά. Plura collegit Creuzerus ad Lydum de Mens. p. 127. s. ed. Röther., qui nec Demosthenis locum neglexit. F. I.]

§. 123. καίτοι καὶ τοῦτο] Elliptica locutio, in qua σκοπεῖτε vel ἐνθυμήθητε vel simile supplere possumus.

ἀπόῤῥητα] πάντα τὰ ἀπειρημένα καὶ ἀπηγορευμένα ἐν τοῖς νόμοις. Erant contumeliae, quum quis v. c. alterum ἀνδροφόνον et similia calumniose appellaret; cuius criminis κακηγορίας si quis reus coram iudice convinceretur, quingentis drachmis multabatur. Eodem pertinet vocabulum πομπεύειν, quod proprie est pompam agere, et tum, ita se gerere, quemadmodum se gerunt mulieres festis Θεσμοφορίων, convitiari. Substantivum πομπεία habuimus supra §. 11. — ἀπὸ τῶν ἰδίων est: res privatas in medium proferentes.

§. 124. οὐδ' ἐνταῦθα ἔλαττον ἔχων] i. e. οὐδ' ἐν τῷ πομπεύειν, ne in conviciando quidem. Declarat aperte se redditurum Aeschini iacta in se convicia. Scilicet populus Atheniensis delectabatur mutuis oratorum conviciis, et quo erant acerbiora, eo maiorem ferebant applausum. Hinc mendaciorum amplissimus proventus, ex quibus nemo, nisi magnus Apollo, se explicare potest.

ὑπὲρ τούτων] Reisk. hoc pro genere masculino habet et interpretatur: pro his, civibus Atheniensibus, hoc iudicium circumstantibus. Sed mihi neutrum videtur: pro his rebus, quarum me accusas.

εἴπερ ἠδίκουν] Hic locus

125 ταῖς γραφαῖς, ἐν ταῖς ἄλλαις κρίσεσιν· οὗ δ' ἐγὼ μὲν ἀθῷος ἅπασι, τοῖς νόμοις, τῷ χρόνῳ, τῇ προθεσμίᾳ, τῷ κεκρίσθαι περὶ πάντων πολλάκις πρότερον, τῷ μηδεπώποτε ἐξελεγχθῆναι μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, τῇ πόλει δ' ἢ πλέον ἢ ἔλαττον ἀνάγκη τῶν γε δημοσίᾳ πεπραγμένων μετεῖναι τῆς δόξης, ἐνταῦθα ἀπήντηκας; ὅρα, μὴ τούτων μὲν ἐχθρὸς ᾖς, ἐμὸς δὲ προςποιῇ.

§. 126. *δέδεικται*] Reiskius affirmat hic sine dubio deesse πρὸς ἐμοῦ οὖσα, hoc sensu: planum iam quum factum sit omnibus sententiam huius causae veram et iustam a mea parte stare. Sed vulgata mihi lectio multo videtur modestior, et relinquit ipsis iudicibus hanc conclusionem faciendam. Ait nempe clarissime ostendit non simpliciter εἴπερ, εἴτις pro ἅπερ, ἅτινα poni. Si ἅπερ dixisset Demosthenes, de iniuriis re vera patratis loqueretur. Quum vero εἴπερ dicit, innuit calumniam esse Aeschinis, certis argumentis probandum fuisse eum revera iniurias patrasse, nec impedit, quominus, si possit, certis argumentis probet.

§. 125. *τῇ προθεσμίᾳ*] Sic appellatur lege praestitutum tempus, quo licebat aliquem vel ob munus administratum vel ob factum aliquod commissum ad rationem reddendam in iudicium vocare. Pro varietate munerum et factorum varium erat praestitutum tempus. Reiskius, qui τῷ χρόνῳ ut glossam ad προθεσμίᾳ delendum censet, fallitur. Solet enim Demosthenes primo notionem generis ponere, tum partis. τῷ χρόνῳ est longitudine temporis, quae in se res oblivioni tradit; τῇ προθεσμίᾳ, termino legis constituto.

ὅρα, μὴ τούτων μὲν ἐχθρὸς ᾖς, ἐμὸς δὲ προςποιῇ] Hunc orationis nervum vide quam docte tanquam ex insidiis praeparaverit. Nam, quum inter κατηγορίαν et λοιδορίαν quid intersit acute docuisset atque in ea re pertractanda occupatus totus videretur, ecce tanquam fulmen illud praeter exspectationem in Aeschinem deiicitur, ὅρα, μὴ κ. τ. λ., ut non solum a gravissimo dicendi genere quoties velit ad medium illud delabentem Nostrum cum Cicerone Orat. c. 31. dicas, sed etiam adscendentem ex illa tenui docendi lenitate per mediumque genus sublimem elatum ad vim acerrimam. — Reiskius orationem mancam esse opinatur, si post προςποιῇ non addas εἶναι. At hoc ipsum εἶναι cogitatione supplendum. Saepe enim hoc fit apud Graecos, ut ad verba, quae ipsa non plenam continent sententiam, sed infinitivo egent, hic infinitivus repetendus sit ex antecedente verbo finito. De verbo μέλλω erudite hoc explicavit Hemsterhusius ad Luciani Diall. Mortt. 29, 1. Sunt item alia multa, ut generalis habenda sit ea quam dixi regula. Quid? quod interdum ex sequentis membri verbo finito infinitivus educendus sit, ut apud Eurip. El. 891. Seidl.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ μὲν εὐσεβὴς καὶ δικαία ψῆφος 126
ἅπασι δέδεικται, δεῖ δέ με, ὡς ἔοικε, καίπερ οὐ φιλολοίδορον ὄντα φύσει, διὰ τὰς ὑπὸ τούτου βλασφημίας εἰρημένας ἀντὶ πολλῶν καὶ ψευδῶν αὐτὰ τἀναγκαιότατ' εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, καὶ δεῖξαι, τίς ὢν καὶ τίνων ῥᾳδίως οὕτως ἄρχει τοῦ κακῶς λέγειν, καὶ λόγους τίνας διασύρει, αὐτὸς εἰρηκὼς ἃ τίς οὐκ ἂν ὤκνησε τῶν μετρίων ἀνθρώπων φθέγξασθαι; εἰ

iam satis patere, quaenam sit pia et iusta causa, quod pium et iustum suffragium, et sine dubio intelligit suam causam, suffragium in suum-commodum latum; sed modeste id non ipsis disertis verbis exprimit.

ὃν, εἴτε χρήζεις, θηρσὶν ἁρπαγὴν πρόθες
ἢ σκῦλον οἰωνοῖσιν:

quod Seidlerus recte sic exposuit: ὃν, εἴτε χρήζεις θηρσὶν ἁρπαγὴν προθεῖναι, πρόθες.

§. 126. δεῖ δέ με cet.] Hoc est alterum membrum protaseos, respondens primo, per μὲν iuncto coniunctioni ἐπειδή. Ex verbo autem δεῖ pendent qui sequuntur infinitivi εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ καὶ δεῖξαι: ab his autem quae sequuntur enuntiationes adiectae; nulla vero sequitur apodosis. Hinc est periodus, quam appellant Grammatici, ἀνανπόδοτος. Quod, ut saepe, tolerare noluerunt viri docti. Marklandus δὲ mutare volebat in καί, ut tum δεῖ καί με sit apodosis. Quod recte reiicit Reiskius, quoniam particula μὲν in primo protaseos membro posita alterum flagitet per particulam δὲ respondens. Sed ipse fallitur item, dum opinatur protasin finem habere in verbis εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, et tum apodosin sic incipit ex coniectura: καὶ δὴ βούλομαι δεῖξαι. Sed si ex oratoribus cuncta essent anapodota eliminanda, quae vis esset facienda auctoritati codd. mss.? Atque etiam rhetores antiqui haec anapodota agnoverunt; cur nos igitur ea tolerare nolimus? Immo equidem in his anapodotis saepe figuram vere rhetoricam agnosco, ἀποσιώπησιν. Saepe enim video oratores apodosin tum omittere, ut auditorum et lectorum cuique liberum relinquant iudicium pro ingenio suo ex sententia protaseos apodosin supplendi quam velit aut possit. Negare tamen nolò nonnulla esse ex oblivione et iniuria animique agitatione et perturbatione orta. Hoc autem loco consulto Demosthenem apodosin omisisse existimo. Alius enim auditorum acerbam supplebit in Aeschinem vocem, alius excusationem sui ipsius, quod conviciatorem agere coactus sit, alius aliud.

τίς ὢν καὶ τίνων] Antiqui magnum momentum ponebant in parentibus. Hinc formulae: βελτίων καὶ ἐκ βελτιόνων: δοῦλος καὶ ἐκ δούλων.

διασύρειν proprie distrahere, tropice probris incessere; §. 323.

127 γὰρ Αἰακὸς ἢ Ῥαδάμανθυς ἢ Μίνως ἦν ὁ κατηγο-
ρῶν, ἀλλὰ μὴ σπερμολόγος, περίτριμμα ἀγορᾶς, ὄλε-
θρος γραμματεύς, οὐκ ἂν αὐτὸν οἴομαι τοιαῦτ' εἰ-
πεῖν, οὐδ' ἂν οὕτως ἐπαχθεῖς λόγους πορίσασθαι,
ὥςπερ ἐν τραγῳδίᾳ βοῶντα, ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρε-
τὴ καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ πάλιν σύνεσιν καὶ παιδείαν
ἐπικαλούμενον, ᾗ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ διαγιγνώ-
σκεται· ταῦτα γὰρ δήπουθεν ἠκούετ' αὐτοῦ λέγοντος.
128 σοὶ δὲ ἀρετῆς, ὦ κάθαρμα, ἢ τοῖς σοῖς τίς μετου-
σία; ἢ καλῶν ἢ μὴ τοιούτων τίς διάγνωσις; πόθεν
λαβόντι, ἢ πῶς ἀξιωθέντι; ποῦ δὲ παιδείας σοι θέ-
μις μνησθῆναι, ἧς τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκό-
270 των οὐδ' ἂν εἷς εἴποι περὶ αὑτοῦ τοιοῦτον οὐδέν,

[§. 128. λαβόντι, quod deest in plerisque libris, omisit

§. 127. Αἰακὸς ἢ Ῥαδάμανθυς ἢ Μίνως] i. e. homines fidei et iustitiae probatae. Saepe enim fit, ut nomen proprium eius, qui vel virtute vel vitio excellebat, ponatur pro homine ea virtute aut vitio insigni. Vide notam ad Suetonii Caes. c. 1.

περίτριμμα ἀγορᾶς] Vocabula rem significantia si adhibentur de hominibus, plerumque summum indicant contemtum, et quum nomen vitium exprimit, homo ut viva vitii et truculenta imago notatur. Sic περίτριμμα ἀγορᾶς est homo, qui volutus est in foro, in fraudibus et fallaciis fori.

ὄλεθρος] Contumeliosum vocabulum eiusdem generis. Qui perniciem meretur. Sic Demosthenes in Philippicis ὄλεθρον Μακεδόνα appellat. Latini similiter pestem dicunt pro pestifero.

ὦν γῆ καὶ ἥλιε] et quae sequuntur, finem faciunt orationis in Ctesiphontem, et a bono declamatore recitata videntur auditores commovisse. Hinc ea inique ridet Demosthenes.

δήπουθεν] Quod recentiores inprimis amant sophistae, inter antiquiores satis usurpatum, prae ceteris Demostheni est familiare, plerumque ironicum, interdum tamen etiam in severa affirmatione.

§. 128. κάθαρμα] Tropice homo nequam. Athenienses enim publico sumtu alebant homines pravos, ut, si quando civitati calamitas publica accideret, v. c. pestis, fames, hos sacrificarent Diis, ἕνεκα τοῦ καθαρθῆναι τοῦ μιάσματος. Hos appellabant καθάρματα. [Vid. Suid. κάθαρμα. Schol. ad Arist. Plut. 454. καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ καθάρσει λιμοῦ τινος ἢ ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς.]

εἴποι περὶ αὑτοῦ] Non sine calumnia hoc de Aeschine dicit Demosthenes. Non enim Aeschines sibi tribuit παιδείαν, sed eam auxilium implorat, quemadmodum γῆν καὶ ἥλιον, et implorat, ut per iudices sibi auxilium praestet. Tantum igitur abest, ut eam sibi arroget, ut optet eam adesse iudicibus. Ut deam quidem pie a se imploratam veneratur.

ἀλγεῖν] h. l. est indigna-

ἀλλὰ κἂν ἑτέρου λέγοντος ἐρυθριάσειε, τοῖς δ' ἀπολειφθεῖσι μέν, ὥςπερ σύ, προςποιουμένοις δ' ὑπ' ἀναισθησίας τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, οὐ τὸ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι περίεστιν.

Οὐκ ἀπορῶν δ', ὅ τι χρὴ περὶ σοῦ καὶ τῶν 129
σῶν εἰπεῖν, ἀπορῶ, τοῦ πρώτου μνησθῶ· πότερ' ὡς ὁ πατήρ σου Τρόμης ἐδούλευε παρ' Ἐλπίᾳ τῷ πρὸς τῷ Θησείῳ διδάσκοντι γράμματα, χοίνικας παχείας ἔχων καὶ ξύλον, ἢ ὡς ἡ μήτηρ σου τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ ἥρωϊ χρωμένη τὸν καλὸν ἀνδριάντα καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον ἐξέθρεψέ σε; ἀλλὰ πάντες ἴσασι ταῦ-

Bekker. Additum videtur augere orationis gravitatem. SCHAEF.]

νι; ergo ἀλγεῖν ποιεῖν, indignationem excitare.

§. 129. πρὸς τῷ Θησείῳ] Θησεῖον fanum erat Theseo sacratum. Media in urbe erat haud procul a foro.

χοίνικας παχείας] χοῖνιξ, inquit Scholiastes ad Aristoph. Plut. v. 276., πᾶν περίφερες, genus erat πεδῶν, cum quibus in Aristophanis loco iungitur. Ex epitheto παχείας videmus eas graves fuisse ferro. Videntur fuisse iugamenta ferrea circa poplites, vel caligae, quibus comprimebantur crura. ξύλον in genere est quod ex ligno factum est. Sic inter alia dicebantur collaria lignea, quae servorum collo circumdabantur, ne manus ori admovere possent.

μεθημερινοὶ γάμοι] Euphemismus, quo meretricum vita indicatur. Auctor ad Herenn. lib. IV. c. 34. Translatione utimur, inquit, obscoenitatis vitandae causa, sic: Cuius mater *quotidianis nuptiis* delectatur.

κλίσιον est stabulum, in quo vel pecus servabatur, vel servi habitabant. De *Καλαμίτῃ ἥρωϊ* nihil traditur vel in mythis vel in historicis, ita ut Petitus Legg. Att. p. 575. pro *Καλαμίτῃ* coniecerit *Κυαμίτῃ*, cuius ναὸν οὐ μέγαν Athenis memorat Pausanias L. I, 37, 3., ubi Facius plura. Sed *Καλαμίτῃ* iam antiqui Grammatici in hoc loco invenerunt. Sic Bekkeri, Anecdd. p. 269. l. 7. *Καλαμίτην: ἥρωά τινά φασιν εἶναι τιμώμενον Ἀθήνησιν.* Nomen habent etiam Suidas et Hesychius, et Apollonius περὶ *Αἰσχίνου ῥήτορος*, ut contra codices nihil sit audendum.

ἀνδριάς. homo specie quidem insignis, sed mente stupidus. Corporis decorem et venustatem denegare Aeschini non poterat. [Appellatio τοῦ ἀνδριάντος fortasse referenda ad comparationem supra §. 122. usurpatam; ut orator dicat cum sarcasmo: o tu, qui omnia habes ἐκ τῆς συγγραφῆς, omnibus scilicet virtutibus, quae bonum civem decent, instructus et ornatus! F. I.]

τριταγωνιστής, tertiarum, i. e. humillimarum partium, actor. Antiquissima tragoedia

τα, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. ἀλλ' ὡς ὁ τριηραύλης Φορμίων, ὁ Δίωνος τοῦ Φρεαῤῥίου δοῦλος, ἀνέστησεν αὐτὴν ἀπὸ ταύτης τῆς καλῆς-ἐργασίας; ἀλλὰ νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεούς, ὀκνῶ, μὴ περὶ σοῦ τὰ προςήκοντα λέγων αὐτὸς οὐ προςήκοντας ἐμαυτῷ δόξω
130 προῃρῆσθαι λόγους. ταῦτα μὲν οὖν ἐάσω, ἀπ'

§. 130. οὐδὲ γὰρ — καταρᾶται] Haec verba post λόγους ponit γρ. Σ. teste Bekkero. Fuit quum huic transpositioni parendum esse putarem. Et nunc etiam Schaeferum video in eandem opinionem incidisse, priusquam Bekkeri hanc notam legeret: „Nunc confirmatus, inquit, auctoritate libri egregii, si Demosthe„nes mihi recensendus esset, illuc transponere non dubitarem. „γὰρ post οὐδὲ refertur ad ὀκνῶ, sed γὰρ post ὀψὲ ad αὔξομαι.“ Ita Schaeferus. Mihi vero re diligenter pensitata vulgata sententiarum collocatio praestare videtur. Transpositio enim incommodi hoc habet, quod quum verbis ὀκνῶ, μὴ περὶ σοῦ τὰ προςήκοντα λέγων — λόγους Aeschinem ipsum allocutus esset ut personam secundam, rationem, cur hoc facturus sit non ut de secunda sed de tertia persona adiungit orator: οὐδὲ γὰρ ὢν ἔτυχεν ἦν. Necessaria autem secunda persona etiam in his verbis esset propterea, quod tum hoc argumento de stirpe relicto transiret orator ad aliud argumentum de adversarii vita verbis ταῦτα μὲν

nonnisi unum habebat actorem; postea accessit per Aeschylum alter; interdum adhibebatur etiam tertius et quartus. Primus appellabatur πρωταγωνιστής, secundus δευτεραγωνιστής. Primus erat tragoediae heros; nec alter contemtus: sed tertio partes nonnisi humiles tribuebantur. Hinc epitheton ἄκρον acerbe ironicum.

τριήραυλης, tibicen in triremi, qui erat vilioris notae, unde Dionysodorus, nobilis tibicen, gloriatus est nunquam se τριηραύλην egisse.

ἀνέστησεν] abduxit eam ab hoc opificio. Videtur significare Phormionem servum eam duxisse uxorem.

§. 130. οὐδὲ γὰρ ὢν ἔτυχεν ἦν, ἀλλ' οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται] Haec verba praeter Reiskium, qui scribere voluit ὡς ἔτυχεν (i. e. non fuit homo, ut fert, i. e. plebeius,) omnes fere H. Wolfio praeeunte interpretati sunt ita, ac si legeretur: οὐδὲ γὰρ τῶν τυχόντων εἷς ἦν. Rutilius Lupus de sent. fig. liberius paullo verba Graeca Latine ita reddiderat p. 56. ed. Ruhnk.: Nam dum opus est, parentes appellat, quos scitis non ignotos fuisse, sed huiusmodi, ut omnes hos exsecrarentur, probante Ruhnkenio. Consentit autem Schaeferus hunc in modum vertens: Nam ne in faece plebis quidem parentes habuit, sed natus est talibus hominibus, quos populus diris devovet. Verum hoc quomodo interpretatione grammatica effici possit, equidem non video. — Nam etiam sic puto desiderari: οὐ γὰρ τῶν τυχόντων ἦν sive ἐγένετο (τοκέ-

αὐτῶν δὲ ὧν αὐτὸς βεβίωκεν ἄρξομαι. οὐδὲ γὰρ ὧν ἔτυχεν ἦν, ἀλλ' οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται· ὀψὲ γάρ ποτε, ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην ἅμ' Ἀθηναῖος καὶ ῥήτωρ γέγονε· καὶ δύο συλλαβὰς προςθεὶς τὸν μὲν πατέρα ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον, τὴν δὲ μητέρα σεμνῶς πάνυ Γλαυκοθέαν

οὖν sqq. In collocatione vero vulgata sententiarum nexus hic est: Si parentum tuorum vitam turpissimam enarrare pergam, opus me ipso indignissimum faciam. Hoc igitur praetermittam; de Aeschinis autem ipsius vita agere incipiam. (Iam vero alteram, secundariam illam quasi ἐν παρόδῳ at vero acerbissimae irrisionis plenam subiungit rationem, cur de Aeschinis origine plura non dicat.) Non enim fuit eorum parentum Aeschines, quorum se esse profitetur, sed e genere servili. (Nunc autem huius fictae originis simul rationem habens, et orationem de tractanda Aeschinis vita quam interruperat ratione illa in parenthesi posita [οὐδὲ γὰρ ὧν — καταρᾶται], iterum suscipiens particula γὰρ post ὀψέ, quod particulae γὰρ officium est notissimum, vid. Stallb. ad Plat. Apol. p. 25., pergit hoc modo:) Namque sero aliquando — sero dico? immo vero heri aut nudius tertius simul et Atheniensis et orator factus est.

ων).. Nisi forte ita solvere vis attractionem: οὐδὲ γὰρ τούτων ἦν, ἃ ἔτυχεν. Nec tamen in tot librorum consensu — consentiunt autem omnes, de mutatione cogitandum videtur. Quare, dum meliora edocear, dicam, quomodo locum expedire mihi visus sim. Unum enim Phil. Melanchthonem proxime abesse a veritate puto, qui sic reddidit: Non enim erat ex eo genere, cui se ingerit, sed ex talibus, quos exsecratur populus. Ludit orator in verbis ἔτυχεν et ἦν. ἦν originem Aeschinis significat veram, ὧν ἔτυχεν ab ipso Aeschine fictam. Est enim: quos nactus est, i. e. quales suos parentes ut profiteretur per fortunam ei concessum est, quia parentes pro ingenuis habebantur, quum essent servi ac per fraudem in civium catalogum illati, quibus ipsis populus diras imprecari solebat.

codd. in recentissima editione scripsit, εὐθενεῖν dicitur de animantibus plantisve, quae vigent, florent, valent viribus; de rebus adhibitum significat prosperum earum successum. — Grammaticorum plerique εὐθενεῖν tribuunt Atticis, εὐθηνεῖν Ionibus. Accurate de his aliisque vocabulis similibus egit Lobeckius ad Phryn. p. 465 sqq.

διόμνυσθαι dicitur proprie, quum et reus et actor uterque quae dixerant iureiurando confirmarent; hic autem de reo dicitur, ut interdum de alterutra tantum parte.

§. 287. γεγενημένον εἶναι] Qua ratione scriptoris Attici usi sint periphrasi verbi εἰμὶ cum participio loco simplicis verbi, exposui ad Aeschin. Ctes. c. 3.

κωμάζειν καὶ παιανίζειν] Actiones significant laetitiae effusae. κῶμοι sunt proprie pompae, quae habebantur festis bacchanalibus, deinde epulae nocturnae, et petulantiae, quae per et post epulas committebantur. παιᾶνες autem erant hymni, tum carmina omnis generis lasciva.

ἀλλὰ τῇ ψυχῇ συναλγεῖν. τοῦτο δ' ἑώρων παρ'
ἑαυτοῖς καὶ παρ' ἐμοί, παρ' ὑμῖν δ' οὔ. διὰ ταῦτ'
288 ἐμὲ ἐχειροτόνησαν, καὶ οὐχ ὑμᾶς. καὶ οὐχ ὁ μὲν δῆ-
μος οὕτως, οἱ δὲ τῶν τετελευτηκότων πατέρες καὶ
ἀδελφοὶ ὑπὸ τοῦ δήμου τόθ' αἱρεθέντες ἐπὶ τὰς
ταφὰς ἄλλως πως, ἀλλά, δέον ποιεῖν αὐτοὺς τὸ πε-
ρίδειπνον ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων,
ὥςπερ τἄλλ' εἴωθε γίγνεσθαι, τοῦτ' ἐποίησαν παρ'
ἐμοί. εἰκότως· γένει μὲν γὰρ ἕκαστος ἑκάστῳ μᾶλλον
οἰκεῖος ἦν ἐμοῦ, κοινῇ δὲ πᾶσιν οὐδεὶς ἐγγυτέρω· ᾧ
322 γὰρ ἐκείνους σωθῆναι καὶ κατορθῶσαι μάλιστα διέφε-
ρεν, οὗτος καί, παθόντων ἃ μήποτ' ὤφελον, τῆς
ὑπὲρ ἁπάντων λύπης πλεῖστον μετεῖχε.
289 Λέγε δ' αὐτῷ τουτὶ τὸ ἐπίγραμμα, ὃ δημοσίᾳ
προείλετο ἡ πόλις αὐτοῖς ἐπιγράψαι, ἵν' εἰδῇς, Αἰ-
σχίνη, καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ σαυτὸν ἀγνώμονα καὶ
συκοφάντην ὄντα καὶ μιαρόν. λέγε.

'Επίγραμμα.

Οἵδε πάτρας ἕνεκα σφετέρας εἰς δῆριν ἔθεντο
Ὅπλα, καὶ ἀντιπάλων ὕβριν ἀπεσκέδασαν.
Μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ δείματος οὐκ ἐσάωσαν
Ψυχάς, ἀλλ' Ἀίδην κοινὸν ἔθεντο βράβην

§. 290. καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ] Quod Reiskius contra codd. uncis inclusit, est: in hoc ipso publico documento, quod quasi

§. 288. περίδειπνον] ἡ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσιν ἑστίασις. Moris enim erat, ut haberetur convivium in honorem defunctorum apud eum, qui vel proximus erat propinquitate vel coniunctissimus amicitia.

ἃ μήποτ' ὤφελον] Formula optantis, ne, quod accidit, accidisset, idque quod accidit, indignum iis, quibus acciderit, pronuntiantis.

§. 289. μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ δείματος] Genitivus est causae; ἀρετὴ eos incitabat ad certamen. Qui autem plenus est δείματος, is certamen potius fugit quam petit. Δεῖμα igitur non potest esse metus, quo opplebantur, ne quid ipsis decertantibus accideret; sed, si vera est lectio, scholiastes eam recte explicuit φόβον οὐ εἶχον ὑπὲρ τῆς πατρίδος: quod de libertate et salute patriae timebant, cum virtute decertabant. Duram tamen esse locutionem et sententiae conformationem negari non potest; quare Valckenaerius ad Ammonium p. 142. coniecit λήματος pro δείματος, strenue et fortiter pugnantes: quae coniectura si non vera, digna ta-

Οὕνεκεν Ἑλλήνων, ὡς μὴ ζυγὸν αὐχένι θέντες
Δουλοσύνης στυγερὰν ἀμφὶς ἔχωσιν ὕβριν.
Γαῖα δὲ πατρὶς ἔχει κόλποις τῶν πλεῖστα καμόντων
Σώματ', ἐπεὶ θνητοῖς ἐκ Διὸς ἥδε κρίσις.
Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν
Ἐν βιοτῇ, μοῖραν δ' οὔ τι φυγεῖν ἔπορεν.

Ἀκούεις, Αἰσχίνη, καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ, ὡς τὸ μηδὲν 290 *ἁμαρτεῖν ἐστι θεῶν καὶ πάντα κατορθοῦν; οὐ τῷ συμβούλῳ τὴν τοῦ κατορθοῦν τοὺς ἀγωνιζομένους ἀνέθηκε δύναμιν, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς. τί οὖν, ὦ κατάρατ', ἐμοὶ περὶ τούτων λοιδορεῖ, καὶ λέγεις ἃ σοὶ καὶ τοῖς σοῖς οἱ θεοὶ τρέψειαν εἰς κεφαλήν;*

Πολλὰ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἄλλα 291 *κατηγορηκότος αὐτοῦ καὶ κατεψευσμένου, ἐν μάλιστ' ἐθαύμασα πάντων, ὅτι τῶν συμβεβηκότων τότε τῇ πόλει μνησθεὶς οὐχ ὡς ἂν εὔνους καὶ δίκαιος πολίτης ἔσχε τὴν γνώμην, οὐδ' ἐδάκρυσεν, οὐδ' ἔπαθε τοιοῦτον οὐδὲν τῇ ψυχῇ, ἀλλ' ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων ᾤετο μὲν ἐμοῦ κατηγο-* 323
ρεῖν δηλονότι, δεῖγμα δ' ἐξέφερε καθ' ἑαυτοῦ, ὅτι ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀνιαροῖς οὐδὲν ὁμοίως ἔσχε τοῖς

divina voce rationem a Diis constitutam et a civitate agnitam continet.

men est quae memoretur. [Fr. Göllerus corrigit *δείγματος*.]

βράβης h. l. est, qui aliis dicitur *βραβεὺς* vel *βραβευτής*, moderator et iudex certaminum, et sensus est: Constituerunt sibi ipsi Hadem communem certaminis iudicem et remuneratorem.

οὕνεκεν Ἑλλήνων] Iungendum cum *οὐκ ἐσάωσαν ψυχάς*.

ἔπορεν] Verbum est Homericum transitiva significatione tribuendi. Subiectum ad *ἔπορεν* ex antecedente *Ζεύς*. Non celandum tamen duos bonos codd. habere *ἔπορον*: quae lectio si praeferatur, ex proximo supplendum subiectum *οἱ θεοί*.

§. 291. *λαρυγγίζων*] Harpocration explicat *λαρυγγίζειν τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν καὶ μὴ κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι, ἀλλ' ἐπιτηδεύειν περιεργότερον τῷ λάρυγγι χρῆσθαι, οὕτως ἐλέγετο. λάρυγξ* enim Graecis dicebatur vocis vehiculum et meatus, *φάρυγξ* autem vehiculum et meatus ciborum.

292 *ἄλλοις. καίτοι τὸν τῶν νόμων καὶ τῆς πολιτείας*
φάσκοντα φροντίζειν, ὥςπερ οὗτος νυνί, καὶ εἰ μη-
δὲν ἄλλο, τοῦτό γ' ἔχειν δεῖ, ταὐτὰ λυπεῖσθαι καὶ
ταὐτὰ χαίρειν τοῖς πολλοῖς, καὶ μὴ τῇ προαιρέσει
τῶν κοινῶν ἐν τῷ τῶν ἐναντίων μέρει τετάχθαι. ὃ
σὺ νυνὶ πεποιηκὼς εἶ φανερός, ἐμὲ πάντων αἴτιον
καὶ δι' ἐμὲ εἰς πράγματα φάσκων ἐμπεσεῖν τὴν πό-
λιν, οὐκ ἀπὸ τῆς ἐμῆς πολιτείας οὐδὲ προαιρέσεως
293 *ἀρξαμένων ὑμῶν τοῖς Ἕλλησι βοηθεῖν, ἐπεὶ ἔμοιγ',*
εἰ τοῦτο δοθείη παρ' ὑμῶν, δι' ἐμὲ ὑμᾶς ἠναντιῶ-
σθαι τῇ κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἀρχῇ πραττομένῃ, μεί-
ζων ἂν δοθείη δωρεὰ συμπασῶν ὧν τοῖς ἄλλοις δε-
δώκατε. ἀλλ' οὔτ' ἂν ἐγὼ ταῦτα φήσαιμι (ἀδικοίην
γὰρ ἂν ὑμᾶς), οὔτ' ἂν ὑμεῖς εὖ οἶδ' ὅτι συγχωρή-
σαιτε· οὗτος δ' εἰ τὰ δίκαια ἐποίει, οὐκ ἂν ἕνεκα
τῆς πρὸς ἐμὲ ἔχθρας τὰ μέγιστα τῶν ὑμετέρων κα-
λῶν ἔβλαπτε καὶ διέβαλλεν.
294 *Ἀλλὰ τί ταῦτ' ἐπιτιμῶ, πολλῷ σχετλιώτερα ἄλλα*
κατηγορηκότος αὐτοῦ καὶ κατεψευσμένου; ὃς γὰρ
ἐμοῦ φιλιππισμόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, κατηγορεῖ, τί
οὗτος οὐκ ἂν εἴποι; καίτοι, νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ
πάντας τοὺς θεούς, εἴγ' ἐπ' ἀληθείας δέοι σκοπεῖ-
σθαι, τὸ καταψεύδεσθαι καὶ δι' ἔχθραν τι λέγειν
ἀνελόντας ἐκ μέσου, τίνες ὡς ἀληθῶς εἰσιν οἷς ἂν
εἰκότως καὶ δικαίως τὴν τῶν γεγενημένων αἰτίαν ἐπὶ

§. 292. *ἐν τῷ τῶν ἐναντίων μέρει*] *μέρος* interdum significat ordinem, cui quis accensendus est, rationem, quam quis sequitur.

§. 295. *διαφθείροντες*] Digna sunt quae expendantur in hac re Weiskii verba de Hyperbole P. I. p. 31 s. „Hyperbole posita etiam erat in factionum singularum mutuis rationibus. Ad hunc locum pertinet illa ex oratorum maxime conviciis orta criminum veritatem longe exsuperantium vis et multitudo, quae tamen fere omnis in exagitandis patriae proditoribus versatur. Horum largus proventus per omnem Graeciam fuisse fertur; horum enumeratio nunquam finiens exhibetur; hi patriam vendidisse hostibusque fere in manum tradidisse feruntur. Scriptores quum antiqui tum recentiores animo nimium credulo haec arripiunt. — — Scilicet illa crimina non tantum a factionum in se invicem acerbitate, sed etiam a Philippi non tam jactantia quam vafritie proficiscebantur, quae talia dictitando

τὴν κεφαλὴν ἀναθεῖεν ἅπαντες, τοὺς ὁμοίους τούτῳ
παρ' ἑκάστῃ τῶν πόλεων εὕροι τις ἄν, οὐχὶ τοὺς 324
ἐμοί· οἵ, ὅτ' ἦν ἀσθενῆ τὰ Φιλίππου πράγματα 295
καὶ κομιδῇ μικρά, πολλάκις προλεγόντων ἡμῶν καὶ
παρακαλούντων καὶ διδασκόντων τὰ βέλτιστα, τῆς
ἰδίας ἕνεκ' αἰσχροκερδείας τὰ κοινῇ συμφέροντα
προΐεντο, τοὺς ὑπάρχοντας ἕκαστοι πολίτας ἐξαπα-
τῶντες καὶ διαφθείροντες, ἕως δούλους ἐποίησαν,
Θετταλοὺς Δάοχος, Κινέας, Θρασύλαος· Ἀρκάδας
Κερκιδᾶς, Ἱερώνυμος, Εὐκαμπίδας· Ἀργείους Μύρτις,
Τελέδαμος, Μνασέας· Ἠλείους Εὐξίθεος, Κλεότιμος,
Ἀρίσταιχμος· Μεσσηνίους οἱ Φιλιάδου τοῦ θεοῖς
ἐχθροῦ παῖδες, Νέων καὶ Θρασύλοχος· Σικυωνίους
Ἀρίστρατος, Ἐπιχάρης· Κορινθίους Δείναρχος, Δη-
μάρατος· Μεγαρέας Πτοιόδωρος, Ἕλιξος, Περίλαος·
Θηβαίους Τιμόλαος, Θεογείτων, Ἀνεμοίτας· Εὐβοέας
Ἵππαρχος, Κλείταρχος, Σωσίστρατος. ἐπιλείψει με 296
λέγοντα ἡ ἡμέρα τὰ τῶν προδοτῶν ὀνόματα. οὗτοι
πάντες εἰσίν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν αὐτῶν βουλευ-
μάτων ἐν ταῖς αὑτῶν πατρίσιν, ὧνπερ οὗτοι παρ'
ὑμῖν, ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστο-
ρες ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας,
τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες πρότερον μὲν Φιλίπ-
πῳ, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρῳ, τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ
τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν, τὴν δ' ἐλευθερίαν
καὶ τὸ μηδένα ἔχειν δεσπότην αὑτῶν, ἃ τοῖς προτέ-

efficiebat, ut civibus cives magis quam hostes diffiderent. Namque ut omnino non tam singuli cives quam Graeci populi Graeciae fuerunt proditores, ita nihil magis Graeciam prodidit quam proditionis suspicio."

§. 296. *ἠκρωτηριασμένοι*] *ἀκρωτήρια* sunt extremae corporis partes, ut nasus, aures, digiti. Hac abscindi solebant hominibus in ipso scelere deprehensis: quod Latini dicunt mutilare. Hoc loco tropice dicitur de hominibus, qui partes patriae graves hostibus prodiderunt, eamque sic dedecorarunt, ut sunt homines, quibus extremae partes abscissae sunt.

τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες] Cf. Olynth. II. §. 22. *προπίνειν* erat amici, qui offerens amico poculum gustabat vinum, ut indicet se propinare et quod offerat probum esse. Sollemni autem occasione non solum propinabatur, sed ipsum etiam poculum amico donabatur. Hinc *προπίνειν* tropicam habet donandi signi-

ροις Ἕλλησιν ὅροι τῶν ἀγαθῶν ἦσαν καὶ κανόνες,
ἀνατετροφότες.

297 Ταύτης τοίνυν τῆς οὕτως αἰσχρᾶς καὶ περιβοή-
του συστάσεως καὶ κακίας, μᾶλλον δ', ὦ ἄνδρες
325 Ἀθηναῖοι, προδοσίας, εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν, τῆς τῶν
Ἑλλήνων ἐλευθερίας, ἥ τε πόλις παρὰ πᾶσιν ἀνθρώ-
ποις ἀναίτιος γέγονεν ἐκ τῶν ἐμῶν πολιτευμάτων καὶ
ἐγὼ παρ' ὑμῖν. εἶτά μ' ἐρωτᾷς, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς
ἀξιῶ τιμᾶσθαι; ἐγὼ δή σοι λέγω, ὅτι τῶν πολιτευο-
μένων παρὰ τοῖς Ἕλλησι διαφθαρέντων ἁπάντων,
ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ, πρότερον μὲν ὑπὸ Φιλίππου,
298 νῦν δ' ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἐμὲ οὔτε καιρὸς οὔτε φι-
λανθρωπία λόγων οὔτ' ἐπαγγελιῶν μέγεθος οὔτ' ἐλ-
πὶς οὔτε φόβος οὔτε χάρις οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ἐπῆρεν
οὐδὲ προηγάγετο ὧν ἔκρινα δικαίων καὶ συμφερόν-
των τῇ πατρίδι οὐδὲν προδοῦναι, οὐδ', ὅσα συμβε-
βούλευκα πώποτε τουτοισί, ὁμοίως ὑμῖν ὥςπερ ἂν εἰ
ἐν τρυτάνῃ ῥέπων ἐπὶ τὸ λῆμμα συμβεβούλευκα, ἀλλ'

ficationem, adiuncta etiam notione vel dissipandi vel prodendi. Hinc προπεπωκότες Harpocratio explicat προδεδωκότες. Toupius autem ad Longin. Sect. XXXII, 2. τὴν ἐλευθερίαν delendum censet atque etiam accusativum πατρίδας cum hoc participio iungendum: haud dubie ea de causa, quod ἐλευθερίας notio postea cum explicatione repetatur. Sed contra Mss. nil mutandum. Hic enim τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες additum est tanquam explicativum antecedentis ἠκρωτηριασμένοι τὰς πατρίδας: alterum autem τὴν ἐλευθερίαν cum explicatione oppositio est ad vocabula τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν.

ἀνατετροφότες] Hanc praeteriti formam ut Atticam et Atticis inprimis oratoribus usurpatam asserere conatus sum ad Aeschin. in Tim. c. 76., nec sententiam etiamnum mutare possum, quanquam video, hoc aliisque locis Bekkerum ἀνατετραφότας ex paucis quidem nec vero contemnendis codd. recepisse. Ceterum hunc locum multi laudarunt rhetores, inprimis Longin. l. l. ὁ Δημοσθένης ὅρος καὶ περὶ πλήθους μεταφορῶν. Ὁ τῆς χρείας δὲ καιρὸς, ἔνθα τὰ πάθη χειμάῤῥου δίκην ἐλαύνεται καὶ τὴν πολυπλήθειαν αὐτῶν ἀναγκαίαν ἐνταῦθα συνεφέλκεται. Tum loco citato addit: ἐνταῦθα τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν ἐπιπροσθεῖ τοῦ ῥήτορος θυμός.

§. 297. περιβόητος semper adhibetur significatione mala: famosus, infamia laborans. Sic etiam σύστασις habet significationem malam,

ἀπ᾽ ὀρθῆς καὶ δικαίας καὶ ἀδιαφθόρου τῆς ψυχῆς
τὰ πάντα μοι πέπρακται, καὶ μεγίστων δὴ πραγμά-
των τῶν κατ᾽ ἐμαυτὸν ἀνθρώπων προστὰς πάντα
ταῦτα ὑγιῶς καὶ δικαίως καὶ ἁπλῶς πεπολίτευμαι.
διὰ ταῦτ᾽ ἀξιῶ τιμᾶσθαι. τὸν δὲ τειχισμὸν τοῦτον, 299
ὃν σύ μου διέσυρες, καὶ τὴν ταφρείαν ἄξια μὲν χά-
ριτος καὶ ἐπαίνου κρίνω· πῶς γὰρ οὔ; πόῤῥω μέν-
τοι που τῶν ἐμαυτῷ πεπολιτευμένων τίθεμαι. οὐ
γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ,
οὐδ᾽ ἐπὶ τούτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ· ἀλλ᾽
ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν βούλῃ δικαίως σκοπεῖν, εὑρή-
σεις ὅπλα καὶ πόλεις καὶ τόπους καὶ λιμένας καὶ
ναῦς καὶ [πολλοὺς] ἵππους καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων
ἀμυνομένους. ταῦτα προὐβαλόμην ἐγὼ πρὸ τῆς Ἀτ- 300
τικῆς, ὅσον ἦν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν, καὶ
τούτοις ἐτείχισα τὴν χώραν, οὐχὶ τὸν κύκλον τοῦ 326
Πειραιῶς οὐδὲ τοῦ ἄστεος. οὐδέ γ᾽ ἡττήθην ἐγὼ
τοῖς λογισμοῖς Φιλίππου, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, οὐδὲ

---

collegium improborum, qui consociantur ad improbe facta, qui conspirant contra rempublicam.

μὴ ληρεῖν] λῆρος tum de verbis, tum de rebus vanis et nullius pretii dicitur. Hinc *ληρεῖν*, vana et mendacia loqui, interdum etiam de eo, qui prae metu vera dicere non audeat. *μὴ ληρεῖν*, sine metu et cupiditate dicere quae sentimus.

ἀρξαμένων ἀπὸ σοῦ] Participium *ἀρχόμενος*, *ἀρξάμενος ἀπὸ* casum subiecti sequitur vel obiecti significatione adverbii inprimis. Dum omnes, qui ad res publicas accesserant, corrupti essent, inprimis tu. Cf. Matthiae Gr. §. 557. Victorius Varr. Lectt. XII, 24. Graeca cum Latinis comparat.

§. 298. *φιλανθρωπία λόγων*] Blanditiae sermonis, quibus quis hominum favorem sibi conciliare studet.

ῥέπων] Tropus a lance petitus. Tropice significat propensum esse, inhiare alicui rei.

§. 299. *πόῤῥω*] Hoc loco gradum inferiorem significat, ut omnibus fere linguis procul similiaque adverbia.

οὐ λίθοις ἐτείχισα] Laudant rhetores hunc locum ut *λαμπρόν*, quum orator ea, quibus iure gloriari possit, avertat, ea autem in aliam eamque splendidiorem partem deflectat. Tiberius hanc figuram appellat *τόπου ἐμβολὴν ἐξ ὀνόματος, ὅταν ὄνομα ὑποθεὶς ἐξ αὐτοῦ εἰσάγῃ τὸν τόπον. προθεὶς γὰρ τὸν τειχισμὸν κ. τ. λ. εἶτα ἐκ τοῦ κατὰ τὸν τειχισμὸν ὀνόματος ἐπήνεγκεν· οὐ λίθοις κ. τ. λ.*

*ταῖς παρασκευαῖς, ἀλλ' οἱ τῶν συμμάχων στρατηγοὶ
καὶ αἱ δυνάμεις τῇ τύχῃ. τίνες αἱ τούτων ἀποδείξεις;
ἐναργεῖς καὶ φανεραί. σκοπεῖτε δέ.*
301 *Τί χρῆν τὸν εὔνουν πολίτην ποιεῖν, τί τὸν μετὰ
πάσης προνοίας καὶ προθυμίας καὶ δικαιοσύνης ὑπὲρ
τῆς πατρίδος πολιτευόμενον; οὐκ ἐκ μὲν θαλάττης
τὴν Εὔβοιαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς Ἀττικῆς, ἐκ δὲ
τῆς μεσογείας τὴν Βοιωτίαν, ἐκ δὲ τῶν πρὸς Πελο-
πόννησον τόπων τοὺς ὁμόρους ταύτῃ; οὐ τὴν σιτο-
πομπίαν, ὅπως παρὰ πᾶσαν φιλίαν ἄχρι τοῦ Πει-*
302 *ραιῶς κομισθήσεται, προϊδέσθαι; καὶ τὰ μὲν σῶσαι
τῶν ὑπαρχόντων ἐκπέμποντα βοηθείας καὶ λέγοντα
καὶ γράφοντα τοιαῦτα, τὴν Προκόννησον, τὴν Χεῤ-
ῥόνησον, τὴν Τένεδον· τὰ δ' ὅπως οἰκεῖα καὶ σύμ-
μαχ' ὑπάρξει, πρᾶξαι, τὸ Βυζάντιον, τὴν Ἄβυδον,
τὴν Εὔβοιαν; καὶ τῶν μὲν τοῖς ἐχθροῖς ὑπαρχουσῶν
δυνάμεων τὰς μεγίστας ἀφελεῖν, ὧν δ' ἐνέλειπε τῇ
πόλει, ταῦτα προςθεῖναι; ταῦτα τοίνυν ἅπαντα πέ-
πρακται τοῖς ἐμοῖς ψηφίσμασι καὶ τοῖς ἐμοῖς πολι-*
303 *τεύμασιν, ἃ καὶ βεβουλευμένα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,
ἐὰν ἄνευ φθόνου τις βούληται σκοπεῖν, ὀρθῶς εὑ-
ρήσει καὶ πεπραγμένα πάσῃ δικαιοσύνῃ, καὶ τὸν
ἑκάστου καιρὸν οὐ παρεθέντα οὐδ' ἀγνοηθέντα οὐδὲ
προεθέντα ὑπ' ἐμοῦ, καί, ὅσα εἰς ἀνδρὸς ἑνὸς δύ-*

§. 303. *προεθέντα*] Vulgatum *προδοθέντα* glossema est eius participii, quod in altera editione ex optimis codd. recepit Bekk, *προεθέντα*.

§. 302. *καὶ λέγοντα καὶ γράφοντα ταῦτα*] sc. *δεῖν ἐκπεμφθῆναι βοηθείας.*

ὧν δ' ἐνέλειπε τῇ πόλει] Quibus vero civitas indigebat, quorum civitati penuria erat.

§. 303. *ὀρθῶς εὑρήσει καὶ πεπραγμένα πάσῃ δικαιοσύνῃ*] inveniet recte et summa qua fieri poterat iustitia confecta.

ἥκειν εἰς] pendere ex, esse penes.

δαίμονός τινος ἢ τύχης ἰσχύς] Interdum *δαίμων* ipsam habet *τύχης* significationem. Potest tamen omnino significare deum, nec assentior Reiskio *ἢ τύχης* contra libros uncis includenti. — Lysias *κατ' Ἀγορ.* §. 63. p. 486. R. *ἡ τύχη καὶ ὁ δαίμων περιεποίησε.*

λυμαίνεσθαι dicitur de corruptione, quae sensim sensimque singulas partes pervadit et totum sic labefactat. *ἀνατρέ-*

ναμιν καὶ λογισμὸν ἧκεν, οὐδὲν ἐλλειφθέν. εἰ δὲ ἡ δαίμονός τινος ἢ τύχης ἰσχὺς ἢ τῶν στρατηγῶν φαυλότης ἢ τῶν προδιδόντων τὰς πόλεις ὑμῶν κακία ἢ πάντα ταῦτα ἅμα ἐλυμαίνετο τοῖς ὅλοις, ἕως 327
ἀνέτρεψε, τί Δημοσθένης ἀδικεῖ; εἰ δ', οἷος ἦν ἐγὼ 304
παρ' ὑμῖν κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ τάξιν, εἷς ἐν ἑκάστῃ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἀνὴρ ἐγένετο, μᾶλλον δ', εἰ ἕνα ἄνδρα μόνον Θετταλία καὶ ἕνα ἄνδρα Ἀρκαδία ταὐτὰ φρονοῦντα ἔσχον ἐμοί, οὐδεὶς ἂν οὔτε τῶν ἔξω Πυλῶν Ἑλλήνων οὔτε τῶν εἴσω τοῖς παροῦσι κακοῖς ἐκέχρητ' ἄν, ἀλλὰ πάντες ἂν ὄντες ἐλεύθε- 305
ροι καὶ αὐτόνομοι μετὰ πάσης ἀδείας ἀσφαλῶς ἐν εὐδαιμονίᾳ τὰς ἑαυτῶν ᾤκουν πατρίδας, τῶν τοσούτων καὶ τοιούτων ἀγαθῶν ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις ἔχοντες χάριν δι' ἐμέ. ἵνα δ' εἰδῆτε, ὅτι πολλῷ τοῖς λόγοις ἐλάττοσι χρῶμαι τῶν ἔργων εὐλαβούμενος τὸν φθόνον, λέγε μοι ταυτὶ καὶ ἀνάγνωθι λαβὼν [τὸν ἀριθμὸν τῶν βοηθειῶν κατὰ τὰ ἐμὰ ψηφίσματα].

Ἀριθμὸς βοηθειῶν.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πράττειν, Αἰσχίνη, τὸν 306
καλὸν κἀγαθὸν πολίτην δεῖ, ὧν κατορθουμένων μέν, ὦ γῆ καὶ θεοί, μεγίστοις ἀναμφισβητήτως ὑπῆρχεν

[§. 305. Verba τὸν ἀριθμὸν — — ψηφίσματα, omissa in codd. Σ, uncis inclusit Bekker. V. C. F. R.]

πειν autem est de destructione totius.

§. 304. κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ τάξιν] qui eandem, quam ego et ut ego, tenuerit rationem.

§. 305. ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις] Raro haec coniuncta reperies. Quamvis enim ὑμεῖς proprie nonnisi eos significat, qui tanquam iudices sedent, plerumque tamen, si de toto Atheniensium populo etiam coram iudicio sermo est, simplex ὑμεῖς iam totum complectitur populum.

§. 306. ὦ γῆ καὶ θεοί] Obsopoeus hanc exclamationem ut inanem delendam censuit. Non est inanis; sed difficilius dictu, quem affectum exprimat. Opinor, doloris et aegritudinis, quod irritus factus sit successus rerum, unde summam reipublicae salutem oriri potuisse certissime persuasum est oratori patriae amanti.

μεγίστοις] sc. ἡμῖν, τοῖς

εἶναι, καὶ τὸ δικαίως προσῆν, ὡς ἑτέρως δὲ συμ-
βάντων, τὸ γοῦν εὐδοκιμεῖν περίεστι καὶ τὸ μηδένα
μέμφεσθαι τὴν πόλιν μηδὲ τὴν προαίρεσιν αὐτῆς,
ἀλλὰ τὴν τύχην κακίζειν τὴν οὕτω τὰ πράγματα
307 κρίνασαν, οὐ μὰ Δί' οὐκ ἀποστάντα τῶν συμφερόν-
των τῇ πόλει, μισθώσαντα δ' αὐτὸν τοῖς ἐναντίοις
τοὺς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν καιροὺς ἀντὶ τῶν ὑπὲρ τῆς
πατρίδος θεραπεύειν, οὐδὲ τὸν μὲν πράγματα ἄξια
τῆς πόλεως ὑποστάντα λέγειν καὶ γράφειν καὶ μένειν
ἐπὶ τούτων προελόμενον βασκαίνειν, ἐὰν δέ τις ἰδίᾳ
τι λυπήσῃ, τοῦτο μεμνῆσθαι καὶ τηρεῖν, οὐδέ γ'
328 ἡσυχίαν ἄγειν ἄδικον καὶ ὕπουλον, ὃ σὺ ποιεῖς πολ-
308 λάκις. ἔστι γάρ, ἔστιν ἡσυχία δικαία καὶ συμφέρου-
σα τῇ πόλει, ἣν οἱ πολλοὶ τῶν πολιτῶν ὑμεῖς ἁπλῶς
ἄγετε. ἀλλ' οὐ ταύτην οὗτος ἄγει τὴν ἡσυχίαν, πολ-
λοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ' ἀποστάς, ὅταν αὐτῷ δόξῃ, τῆς
πολιτείας (πολλάκις δὲ δοκεῖ) φυλάττει, ὁπηνίχ'
ὑμεῖς ἐστε μεστοὶ τοῦ συνεχῶς λέγοντος, ἢ πα-
ρὰ τῆς τύχης τι συμβέβηκεν ἐναντίωμα, ἢ ἄλλο
τι δύσκολον γέγονε (πολλὰ δὲ τἀνθρώπινα)·
εἶτ' ἐπὶ τούτῳ τῷ καιρῷ ῥήτωρ ἐξαίφνης ἐκ τῆς
ἡσυχίας ὥσπερ πνεῦμα ἀνεφάνη, καὶ πεφωνα-
σκηκὼς καὶ συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους συνείρει

Ἀθηναίοις. Graeca constructio est: ὑπάρχει μοι εἶναι μεγίστῳ. Graeci, si infinitivo adhaeret praedicatum, solent hoc eodem casu ponere, quem habet subiectum verbo finito appositum. Cf. Matthiae Gr. §. 535.

ὡς ἑτέρως δὲ συμβάντων] Toupius corrigit ὧν, ἑτέρως δὲ συμβάντων, quod non bonum. Non solet enim pronomen relativum in altero membro repeti, et ὡς ἑτέρως frequens est Atticis pleonasmus. Ceterum iterum hic euphemistice positum ἑτέρως pro κακῶς.

§. 307. τοὺς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν καιροὺς θεραπεύειν] inservire opportunitatibus in commodum hostium, eas, quantum fieri potest, in usum hostium parare, eosque iuvare, ut quam optime iis uti possint. Infinitivus pendet a praecedente δεῖ.

ὕπουλον] Ab οὐλή, cicatrix. ὕπουλον dicitur, quod latet sub cicatrice, nec extus conspici potest; hinc tropice occultus, subdolus. [Vid. Pierson. ad Philet. p. 447. Wyttenb. ad Plutarch. VI, I. p. 378.]

§. 308. μεστοί] h. l. ii qui taedio tenentur oratoris

τούτους σαφῶς καὶ ἀπνευστί, ὄνησιν μὲν οὐδεμίαν
φέροντας οὐδ' ἀγαθοῦ κτῆσιν οὐδενός, συμφορὰν
δὲ τῷ τυχόντι τῶν πολιτῶν καὶ κοινὴν αἰσχύνην.
καίτοι ταύτης τῆς μελέτης, Αἰσχίνη, καὶ τῆς ἐπιμε- 309
λείας, εἴπερ ἐκ ψυχῆς δικαίας ἐγίγνετο καὶ τὰ τῆς
πατρίδος συμφέροντα προῃρημένης, τοὺς καρποὺς
ἔδει καλοὺς καὶ γενναίους καὶ πᾶσιν ὠφελίμους εἶναι,
συμμαχίας πόλεων, πόρους χρημάτων, ἐμπορίου κα-
τασκευήν, νόμων συμφερόντων θέσεις, τοῖς ἀποδει-
χθεῖσιν ἐχθροῖς ἐναντιώματα. τούτων γὰρ ἁπάντων 310
ἦν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐξέτασις, καὶ ἔδωκεν ὁ πα-
ρελθὼν χρόνος πολλὰς ἀποδείξεις ἀνδρὶ καλῷ τε κά-
γαθῷ, ἐν οἷς οὐδαμοῦ σὺ φανήσει γεγονώς, οὐ πρῶ-
τος, οὐ δεύτερος, οὐ τρίτος, οὐ τέταρτος, οὐ πέμ-
πτος, οὐχ ἕκτος, οὐχ ὁποστοσοῦν, οὔκουν ἐπί γε
οἷς ἡ πατρὶς ηὐξάνετο. τίς γὰρ συμμαχία σοῦ πρά- 311
ξαντος γέγονε τῇ πόλει; τίς δὲ βοήθεια, ἢ κτῆσις
εὐνοίας ἢ δόξης; τίς δὲ πρεσβεία; τίς διακονία, δι'
ἣν ἡ πόλις ἐντιμοτέρα γέγονε; τί τῶν οἰκείων ἢ τῶν 329
Ἑλληνικῶν καὶ ξενικῶν, οἷς ἐπέστης, ἐπηνώρθωται
διὰ σέ; ποῖαι τριήρεις; ποῖα βέλη; ποῖοι νεώσοικοι;
τίς ἐπισκευὴ τειχῶν; ποῖον ἱππικόν; τί τῶν ἁπάν-
των σὺ χρήσιμος εἶ; τίς ἢ τοῖς εὐπόροις ἢ τοῖς

quod saepe accidit Atheniensibus, vario generi et mutabili.

λόγους συνείρειν de artificiosa coniunctione et collocatione verborum, qua oratio fit apta declamationi.

ἀπνευστί, represso spiritu: qua arte excelluerunt tum oratores Graeci tum histriones.

κοινὴν αἰσχύνην] idem videtur esse quod *αἰσχύνην τῇ πόλει*, dedecus civitati.

§. 310. *ἐπί γ' οἷς*] *οἷς* est generis masculini: eorum virorum, quorum opera aucta est respublica.

§. 311. *τίς γὰρ συμμαχία;* cet.] Hunc locum ut exemplum *μεταβολῆς* laudat Tiberius rhetor p. 57. *Μεταβολή*, inquit, *ἐστίν*, *ὅταν μὴ μόνον τὰς πτώσεις, ἀλλὰ καὶ τὰ ῥήματα μεταβάλλῃ.* Caecilius rerum coniunctam diversitatem eam appellabat.

τῶν Ἑλληνικῶν καὶ ξενικῶν] Non opinor diversa genera significari; sed *ξενικῶν* determinationem esse epitheti *Ἑλληνικῶν*, hoc autem genere oppositum antecedenti *οἰκείων*. Hoc autem *Ἑλληνικῶν* circumscribit: eorum inprimis, qui hospitio nobiscum sunt coniuncti.

ἀπόροις πολιτικὴ καὶ κοινὴ βοήθεια χρημάτων πα-
312 *ρὰ σοῦ; οὐδεμία. ἀλλ', ὦ τᾶν, εἰ μηδὲν πάντων*
τούτων, εὔνοιά γε καὶ προθυμία; ποῦ; πότε; ὅςτις,
ὦ πάντων ἀδικώτατε, οὐδ' ὅτε ἅπαντες, ὅσοι πώποτ'
ἐφθέγξαντο ἐπὶ τοῦ βήματος, εἰς σωτηρίαν ἐπεδίδο-
σαν, καὶ τὸ τελευταῖον Ἀριστόνικος τὸ συνειλεγμέ-
νον εἰς τὴν ἐπιτιμίαν ἀργύριον, οὐδὲ τότε οὔτε πα-
ρῆλθες οὔτ' ἐπέδωκας οὐδέν, οὐκ ἀπορῶν, πῶς γάρ;
ὅς γε κεκληρονόμηκας μὲν τῶν Φίλωνος τοῦ κηδε-
στοῦ χρημάτων πλειόνων ἢ πεντεταλάντων, διτάλαν-
τον δ' εἶχες ἔρανον δωρεὰν παρὰ τῶν ἡγεμόνων
τῶν συμμοριῶν ἐφ' οἷς ἐλυμήνω τὸν τριηραρχικὸν
313 *νόμον. ἀλλ' ἵνα μὴ λόγον ἐκ λόγου λέγων τοῦ πα-*
ρόντος ἐμαυτὸν ἐκκρούσω, παραλείψω ταῦτα. ἀλλ'
ὅτι γ' οὐχὶ δι' ἔνδειαν οὐκ ἐπέδωκας, ἐκ τούτων
δῆλον, ἀλλὰ φυλάττων τὸ μηδὲν ἐναντίον γενέσθαι
παρὰ σοῦ τούτοις, οἷς ἅπαντα πολιτεύῃ. ἐν τίσιν
οὖν σὺ νεανίας, καὶ πηνίκα λαμπρός; ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν
κατὰ τούτων τι δέῃ, ἐν τούτοις λαμπροφωνότατος, μνη-
μονικώτατος, ὑποκριτὴς ἄριστος, τραγικὸς Θεοκρίνης.
314 *Εἶτα τῶν πρότερον γεγενημένων ἀνδρῶν ἀγα-*
θῶν μέμνησαι. καὶ καλῶς ποιεῖς. οὐ μέντοι δί-
καιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν πρὸς τοὺς τε-
330 *τελευτηκότας εὔνοιαν ὑπάρχουσαν προλαβόντα παρ'*
ὑμῶν πρὸς ἐκείνους ἐξετάζειν καὶ παραβάλλειν ἐμὲ
315 *τὸν συζῶντα μεθ' ὑμῶν. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν πάν-*

§. 314. *τὸν συζῶντα μεθ' ἡμῶν*] Bekk ex quattuor optimorum quidem codd. recepit *τὸν νῦν ζῶντα*. Non bene. Nam iam Priscianus L. XVIII. c. 28. §. 285. laudat vulgatam lectio-

§. 312. *εἰς τὴν ἐπιτιμίαν*] Erat scilicet obnoxius aerario: quam pecuniam qui non intra certum tempus solvebat, *ἄτιμος* erat. Hanc summam igitur Aristonicus collegerat per *ἔρανον*, qui dicebatur. Urgente tamen civitatem pecunia, summam collectam non impendebat ad servandum civilem suum honorem, sed donabat reipublicae.

κεκληρονόμηκας τῶν Φίλωνος τοῦ κηδεστοῦ χρημάτων] Oratores Attici *κληρονομεῖν* c. gen. rei copulant. Nomen tum testatoris tum *hereditatis* in secundo casu collocari necesse est, non a verbo pendens, sed a genitivo rei. Accusativo rei recentiores

των, ὅτι τοῖς μὲν ζῶσι πᾶσιν ὕπεστί τις ἢ πλείων
ἢ ἐλάττων φθόνος, τοὺς δὲ τεθνεῶτας οὐδὲ τῶν
ἐχθρῶν οὐδεὶς ἔτι μισεῖ; οὕτως οὖν ἐχόντων τούτων
τῇ φύσει, πρὸς τοὺς πρὸ ἐμαυτοῦ νῦν ἐγὼ κρίνω-
μαι καὶ θεωρῶμαι; μηδαμῶς· οὔτε γὰρ δίκαιον οὔτ'
ἴσον ἐστίν, Αἰσχίνη, ἀλλὰ πρὸς σὲ καὶ ἄλλον εἴ τι-
να βούλει τῶν ταὐτά σοι προῃρημένων καὶ ζώντων.
κἀκεῖνο σκόπει· πότερον κάλλιον καὶ ἄμεινον τῇ πό- 316
λει διὰ τὰς τῶν προτέρων εὐεργεσίας, οὔσας ὑπερμε-
γέθεις, οὐ μὲν οὖν εἴποι τις ἂν ἡλίκας, τὰς ἐπὶ
τὸν παρόντα βίον γιγνομένας εἰς ἀχαριστίαν καὶ προ-
πηλακισμὸν ἄγειν, ἢ πᾶσιν, ὅσοι τι μετ' εὐνοίας
πράττουσι, τῆς παρὰ τούτων τιμῆς καὶ φιλανθρω-
πίας μετεῖναι; καὶ μήν, εἰ καὶ ταῦτ' ἄρα δεῖ με 317
εἰπεῖν, ἡ μὲν ἐμὴ πολιτεία καὶ προαίρεσις, ἄν τις
ὀρθῶς σκοπῇ, ταῖς τῶν τότ' ἐπαινουμένων ἀνδρῶν
ὁμοία καὶ ταὐτὰ βουλομένη φανήσεται, ἡ δὲ σὴ ταῖς
τῶν τοὺς τοιούτους τότε συκοφαντούντων· δῆλον γάρ,
ὅτι καὶ κατ' ἐκείνους ἦσάν τινες [τοὺς χρόνους], οἳ
διέσυρον μὲν τοὺς ὄντας τότε, τοὺς δὲ πρότερον
γεγενημένους ἐπῄνουν, βάσκανον πρᾶγμα καὶ ταὐτὸ
ποιοῦντες σοί. εἶτα λέγεις, ὡς οὐδὲν ὅμοιός εἰμι 318
ἐκείνοις ἐγώ; σὺ δ' ὅμοιος, Αἰσχίνη; ὁ δ' ἀδελφὸς
ὁ σός; ἄλλος δέ τις τῶν νῦν ῥητόρων; ἐγὼ μὲν γὰρ
οὐδένα φημί. ἀλλὰ πρὸς τοὺς ζῶντας, ὦ χρηστέ,
ἵνα μηδὲν ἄλλ' εἴπω, τὸν ζῶντα ἐξέταζε καὶ τοὺς

nem, ut exemplum *οὖν* saepe apud Graecos abundare, ut aliis locis desit. Omittit tamen *ἐμὲ* et scribit *συνζῶντα*.

[§. 317. Verba *τοὺς χρόνους*, omissa in cod. praestantissimo, uncis inclusit Bekk. V. C. F. R.]

inprimis utuntur, raro veteres. Lobeck. ad Phryn. p. 129.

§. 313. *πηνίκα λαμπρός;*] Phrynichus p. 49. ait: *πηνίκα μὴ εἴπῃς ἀντὶ τοῦ πότε· ἔστι γὰρ ὥρας δηλωτικόν.* Monet tamen Lobeckius etiam Atticos generalem usum non omnino reiecisse. Frequentius tamen est apud recentiores.

§. 314. *οὐ μέντοι δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*] Laudat hunc locum ut exemplum *ἀλλοιώσεως κατὰ πρόσωπα* Tiberius rhetor p. 67. *ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀντιδίκου μετάγει ἐπὶ τοὺς δικαστάς, ὡς ἀλλαχοῦ ἀπὸ τῶν δικαστῶν ἐπὶ τὸν ἀντίδικον.*

331 καθ' αὑτόν, ὥςπερ τἄλλα πάντα, τοὺς ποιητάς,
319 τοὺς χορούς, τοὺς ἀγωνιστάς. ὁ Φιλάμμων οὐχ ὅτι
Γλαύκου τοῦ Καρυστίου καί τινων ἑτέρων πρότερον
γεγενημένων ἀθλητῶν· ἀσθενέστερος ἦν, ἀστεφάνωτος
ἐκ τῆς Ὀλυμπίας ἀπῄει, ἀλλ' ὅτι τῶν εἰςελθόντων
πρὸς αὐτὸν ἄριστα ἐμάχετο, ἐστεφανοῦτο καὶ νικῶν
ἀνηγορεύετο. καὶ σὺ πρὸς τοὺς νῦν ὅρα με ῥήτορας,
πρὸς σαυτόν, πρὸς ὅντινα βούλει τῶν ἁπάντων· οὐ-
320 δενὶ ἐξίσταμαι. ὧν, ὅτε μὲν τῇ πόλει τὰ βέλτιστα
ἑλέσθαι παρῆν, ἐφαμίλλου τῆς εἰς τὴν πατρίδα εὐ-
νοίας ἐν κοινῷ πᾶσι κειμένης, ἐγὼ τὰ κράτιστα λέ-
γων ἐφαινόμην, καὶ τοῖς ἐμοῖς ψηφίσμασι καὶ νό-
μοις καὶ πρεσβείαις ἅπαντα διῳκεῖτο, ὑμῶν δὲ οὐδεὶς
ἦν οὐδαμοῦ, πλὴν εἰ τούτοις ἐπηρεάσαι τι δέοι·
ἐπειδὴ δὲ ἃ μήποτ' ὤφελε συνέβη, καὶ οὐκέτι συμ-
βούλων, ἀλλὰ τῶν τοῖς ἐπιταττομένοις ὑπηρετούν-
των καὶ τῶν κατὰ τῆς πατρίδος μισθαρνεῖν ἑτοί-
μων ὄντων καὶ τῶν κολακεύειν ἑτέρους βουλομένων
ἐξέτασις ἦν, τηνικαῦτα σὺ καὶ τούτων ἕκαστος ἐν
τάξει καὶ μέγας καὶ λαμπρὸς ἱπποτρόφος, ἐγὼ δ'
ἀσθενής, ὁμολογῶ, ἀλλ' εὔνους μᾶλλον ὑμῶν του-
321 τοισί. δύο δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτα τὸν φύ-
σει μέτριον πολίτην ἔχειν δεῖ (οὕτω γάρ μοι περὶ
ἐμαυτοῦ λέγοντι ἀνεπιφθονώτατον εἰπεῖν), ἐν μὲν
ταῖς ἐξουσίαις τὴν τοῦ γενναίου καὶ τοῦ πρωτείου

§. 319. Φιλάμμων] Pugil Atheniensis, qui superabat omnes suae aetatis, quibuscum in arenam descendebat, Glauco quidem Carystio, qui Olympionices incertae Olympiadis est, iunior, sed antiquior Ol. CX. Qui plura vult cognoscere, adeat notas ad Aeschinem in Ctes. 52.

οὐδενὶ ἐξίσταμαι] nemini eorum cedo.

§. 322. ἐξαιτούμενος] ab Alexandro, qui postulabat, ut oratores sibi tradantur, quibus uteretur pro arbitrio. Videtur tamen hoc interpretandum secundum ea, quae statim sequuntur: Ἀμφικτυονικὰς δίκας ἐπαγόντων. Opinor enim Alexandrum hoc voluisse, ut demagogi coram Amphictyonum collegio se sistant et iudicentur.

μετὰ τούτων εἶναι] ab horum partibus stare; si

τῇ πόλει προαίρεσιν διαφυλάττειν, ἐν παντὶ δὲ και-
ρῷ καὶ πράξει τὴν εὔνοιαν· τούτου γὰρ ἡ φύσις κυ-
ρία, τοῦ δὲ δύνασθαι καὶ ἰσχύειν ἕτερα. ταύτην τοί-
νυν παρ' ἐμοὶ μεμενηκυῖαν εὑρήσετε ἁπλῶς. ὁρᾶτε 322
δέ· οὐκ ἐξαιτούμενος, οὐκ Ἀμφικτυονικὰς δίκας ἐπα-
γόντων, οὐκ ἀπειλούντων, οὐκ ἐπαγγελλομένων, οὐχὶ 332
τοὺς καταράτους τούτους ὥςπερ θηρία μοι προςβαλ-
λόντων, οὐδαμῶς ἐγὼ προδέδωκα τὴν εἰς ὑμᾶς εὔ-
νοιαν. τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ὀρθὴν καὶ δικαίαν
τὴν ὁδὸν τῆς πολιτείας εἰλόμην, τὰς τιμάς, τὰς δυ-
ναστείας, τὰς εὐδοξίας τὰς τῆς πατρίδος θεραπεύειν,
ταύτας αὔξειν, μετὰ τούτων εἶναι. οὐκ ἐπὶ μὲν τοῖς 323
ἑτέρων εὐτυχήμασι φαιδρὸς ἐγὼ καὶ γεγηθὼς κατὰ
τὴν ἀγορὰν περιέρχομαι, τὴν δεξιὰν προτείνων καὶ
εὐαγγελιζόμενος τούτοις, οὓς ἂν ἐκεῖσε ἀπαγγελεῖν
οἴωμαι, τῶν δὲ τῆς πόλεως ἀγαθῶν πεφρικὼς ἀκούω
καὶ στένων καὶ κύπτων εἰς τὴν γῆν, ὥςπερ οἱ δυςσε-
βεῖς οὗτοι, οἳ τὴν μὲν πόλιν διασύρουσιν, ὥςπερ
οὐχ αὑτοὺς διασύροντες, ὅταν τοῦτο ποιῶσιν, ἔξω
δὲ βλέπουσι, καὶ ἐν οἷς ἀτυχησάντων τῶν Ἑλλήνων
εὐτύχησεν ἕτερος, ταῦτ' ἐπαινοῦσι, καὶ ὅπως τὸν
ἅπαντα χρόνον διαμενεῖ φασι δεῖν τηρεῖν.

Μὴ δῆτ', ὦ πάντες θεοί, μηδεὶς ταῦθ' ὑμῶν 324
ἐπινεύσειεν, ἀλλὰ μάλιστα μὲν καὶ τούτοις βελτίω
τινὰ νοῦν καὶ φρένας ἐνθείητε, εἰ δ' ἄρ' ἔχουσιν

qui sint, qui his adversentur, contra eos stare.

§. 323. οὐκ ἐπὶ cet.] Hunc locum laudat Tiberius rhetor p. 33. ut exemplum ἀντικειμένου. ἀπὸ τοῦ ἀποκειμένου ἐστίν, ὅταν μὴ περὶ τοῦ προκειμένου τι εἴπῃ, ἀλλὰ τὸ ἀντικείμενον ἐφ' ἑτέρου προςώπου, δι' ἐκείνου τοῦτο σημαίνων — — τοῦτο γάρ που λέγει, ὅτι οὗτοι τοιαῦτα πράττουσι.

εὐαγγελιζόμενος τούτοις] Atticistae in diversa abeunt, num scriptores Attici εὐαγγελίζεσθαι cum dativo an cum accusativo construxerint. Phrynichus ipse, omnium doctissimus, fatetur diu se dubium haesisse. In scriptis Atticorum, quae ad nos pervenerunt, nonnisi cum dativo construitur; apud recentiores autem construitur cum dativo personae et accusativo rei, ut Luc. II, 10. εὐαγγελίζομαί σοι χαράν: sequiores adeo duplicem iungunt accusativum.

ἀνιάτως, τούτους μὲν αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἐξώλεις καὶ προώλεις ἐν γῇ καὶ θαλάττῃ ποιήσατε, ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖς τὴν ταχίστην ἀπαλλαγὴν τῶν ἐπηρτημένων φόβων δότε καὶ σωτηρίαν ἀσφαλῆ.

§. 324. ἐξώλεις καὶ προώλεις] ἐξώλης est exitio dignus eoque punitus. προώλης qui antequam eos, quos volebat, pessumdare potuit, ipse exitio opprimitur.

EXCURSUS.

EXCURSUS I.

ad §. 12.

Ex libello, qui inscribitur: Observationes in Demosthenis Orationem de corona. Scripsit Rud. Rauchenstein. Turici. 1829.

Quum initium faciam a loco vexatissimo p. 229. Reisk. §. 12. Bekk., nolo tamen committere, ut disputatio in molem immodestam excrescat, sed, quantum taedium multis de hoc loco iisque longis virorum doctorum annotationibus legendis natum mihi ipsi sit, bene memor, agam breviter, varias autem doctorum sententias nec recensebo neque impugnabo praeter novissimam. Illas enim si quem cognoscere iuvat, is adeat Hüpedenium, qui annotationum ad Dem. specimine (Cellis, 1827.) hanc negotii partem diligentissime videtur confecisse *). Atque in hoc quidem optime rem gessit Hüpeden, quod ab omni verborum sententiarumque mutatione abstinendum locique difficultatem totam interpretationis ratione ac modo expediendam esse demonstravit. Qua in re viro docto ut accedo, ita in eius interpretatione nondum

*) Una tamen Fr. Schaubii eum latuisse videtur commentatio, quae legitur in bibl. crit. Hildes. 1822. fascic. II. p. 190., quam tamen, quum ad manus ille liber non esset, nec mihi in usum meum convertere licuit.

aequiesco. Quod quo iure sit dictum ut appareat, Demosthenis verba apponam:

Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινά, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας· τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὕτη ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ λοιδορίαν καὶ προπηλακισμὸν ὁμοῦ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἴπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν οὐδ' ἐγγύς. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου τοῦτο ποιεῖν· οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθ. κ. τ. λ.

Quorum verborum sententiam hanc fere esse statuit Hüpeden: „Magna sane sunt, iudices, quibus accusor, crimina: sed „ne putetis vera esse, in praesenti causa tum ipsius accusatoris „respicite indolem, tum vero ipsarum criminationum rationem, „quippe quae tam in immensum auctae sint, ut homo sanus eas „iam per se, utpote falsas et mendaces, reiicere debeat, quum „nemo facile inveniatur qui credat me maiora peccavisse, quam „pro homine, vel quae ne punire quidem liceat civitati.“

Suspicionem autem gravissimam de hac interpretatione mihi hoc iniicit, quod, quum criminum in se coniectorum poenas ac supplicia Demosthenes definisset ita, ut *μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας* a legibus constitutas iis esse *τιμωρίας* dixisset, pro sententiarum nexu et collocatione apte et concinne subiicere subinde non potuit, eadem crimina esse maiora, quam pro homine, ita ut ne punire quidem ea liceat civitati. Velit quidem aliquis hoc defendere ita, ut in auxilium vocet *περὶ ὧν ἐνίων*, quippe quo vocabulo non omnia crimina, sed partem tantum primo enuntiato comprehendi doceamur. Verum si distribuere in genera bina voluisset *τὰ κατηγορημένα* Demosthenes, quorum altero minora crimina, quae supplicio affici quidem possent eoque summo, altero maiora complecteretur, quae summam suppliciorum facultatem etiam superarent; totam aliter informasset sententiarum seriem, orationisque *σχῆμα* adhibuisset eiusmodi, quod partitioni instituendae inserviret. Nunc vero leviora crimina ne tangit quidem, vocabulo autem *ἐνίων* significat gravissima ipsa.

Porro verba *οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ κ. τ. λ.* bene animadver-

tit Hüpeden ad Demosthenem non spectare, „sed ad Aeschinem, „quippe qui, quoad eius fieri potuerit, Demostheni coram po„pulo dicendi eripuerit potestatem;“ in reliqua autem loci interpretatione assentientem me non habet. Dicit enim Demosthenem respicere orationis Aeschineae locum eum, ubi adversarius, superiorem Demosthenis eloquentiam timens, aditum ad populum et verba in hac ipsa causa facienda ipsi prorsus intercludere conatus fuerit. (Aesch. in Ctes. §. 200 — 205. ed. Bremii, bibl. gr.). Addit deinde: „iusserat ibi Aeschines Ctesiphontem sese „ipsum defendere, neque Demosthenem in auxilium vocare.“ Quod utinam vestigium accuratius Hüpeden pressisset, in quo proxime ad veritatem accesserat, neque aliorsum abduci se passus esset. Verum in sequentibus relicta hac via rem omnem referri iubet ad Aeschinis iniustam postulationem, ut Demosthenes eodem argumentorum ordine, quem ipse Aeschines in accusatione secutus erat, causam peragere cogeretur. Hanc enim revera postulationem spectare eo, ut publica dicendi potestate Demosthenes prorsus privaretur. „Equidem, inquit, si nulla eo perducerent „vestigia, mirarer profecto, qui factum esset, ut summam Ae„schinis iniustitiam aptissimo hoc loco orator silentio praetermit„teret!“

Gravissimum hoc, quod Aeschines postulaverit, et iniustissimum fuisse ut concedimus, ita huic rei satis esse factum ab oratore putamus statim in exordio. Iudices enim ut Demosthenem a suo orationis ordine recedere aliumque instituere cogerent non lege aliqua nec iure obtinere poterant, verum illo, quo uti solebant, si quid ipsis displiceret, non legitimo quidem, at δημοτικῷ certe more τοῦ θορυβεῖν. Hoc vero Demostheni minime erat timendum, ut qui libentissime audiretur. Paucissimis ergo iisque gravissimis verbis (§. 2. Bekk.) hoc metu defunctus est adversariique hoc profligavit artificium. Exagitare vero adversarii postulationem pro ea, qua fiebat, iniustitiae magnitudine si voluisset orator, non profecto commisisset, ut in sequentibus nescirent auditores ne verbo quidem edocti, quod potissimum malitiae genus in adversario tam acriter notare vellet. Neque enim id efficiebant verba: οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ — λόγου τυχεῖν, et quod in sequentibus verbis ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα τὴν πόλιν κ. τ.

λ. usque ad §. 17., quae omnia ad verba illa, quae modo laudavi, ex oppositionis ratione illustranda valent, nulla prorsus illius postulationis fit mentio, immo vero ne ex longinquo quidem eius habetur ratio, hoc, inquam, satis demonstrat, de postulatione Aeschinis h. l. omnino non agi.

Intactam autem si cui videamur aliquam reliquisse dubitationem, ex qua defendi possit Hüpedenii sententia, sublatum eam iri putamus cognita interpretatione nostra, quam totam e Demosthenis sententiarum nexu atque coniunctione instituendam censeo. Quamobrem sententiarum summam et argumentum ab orationis principio repetere non piget.

Per deos precatur iudices, ut sibi non minus quam Aeschini aequi ac benigni esse velint, eumque, quem ipse instituendum putet, orationis ordinem permittant (§. 1. 2.). Sibi autem certaminis conditionem esse priorem quam adversario, tum quod maiora quam ille amittat, causa si cadat, tum quod invidiosas certaminis partes ipse teneat, quoniam de suis laudibus sibi dicendum sit (§. 3. 4.).

Iustas autem et benignas a iudicibus aures deberi sibi propterea, quod cum Ctesiphontis causa, quam defendat, coniuncta sit etiam sua tanquam rei (§. 5. 6. 7.). Precatus iterum per deos, ut quam tota vita erga patriam benevolentiam exhibuerit, eandem nunc sibi referant iudices, iudiciumque ut fiat honestum ac pium, ad causam propius accedit, seque ab adversarii mendaciis coactum etiam extra causam paullo latius vagari debere dicit (§. 9. 10). Ac privatam quidem vitam si talem fuisse credant, qualem Aeschines fuerit ementitus, exsurgant statim seque condemnent; sin autem mendacem in hac re deprehenderint adversarium, etiam in reliquis fidem ei ne habeant. Nec tamen fore, ut Aeschinis conviciis abreptus ad eadem regerenda se nunc conferat convicia; immo vero de rebus publice a se gestis se prius acturum quum maxime (§. 11. 12.).

Iam erat reliquum, ut, priusquam in defensionem ingrederetur ipsam, criminationum vim explicaret atque consilium: id quod facit hoc ipso loco §. 12, de quo lis est.

Nimirum qui alterum accusat, etiam si minime veritatis et

patriae amore, sed maxime invidia ductus et inimicitia reum agit, hoc unum certe efficere studet praecipue, ut poena reus plectatur gravissima, ea saltem, quae sit exaequanda criminis gravitati.

Atqui (liceat enim paullisper oratoris agere personam) crimina tot in me coniecit et in iis nonnulla tanta, pro quibus civitati ex legibus summa et extrema deberentur supplicia. Quod autem in hoc certamine hanc *) consilii viam ingreditur, hoc prodit inimici acerbitatem et superbiam, totumque valet ad me proscindendum conviciis ac proiiciendum. Nec tamen facit, quod accusatorem, quamvis acerbum, facere oportet. Criminatur enim ita, ut, etiamsi crimina essent vera, per Aeschinis tamen accusationem supplicium de me dignum aut certe digno proximum sumere reip. non liceret (*τῶν μέντοι — ἐγγύς*). Nam supplicium de me sumi si voluit, non debuit privare me iure ad populum accedendi ét apud eum perorandi. Hoc vero ipsum ita facere instituit. Me enim incusans reum agit non me, sed Ctesiphontem. Iam res si pessime evenerit, si ceciderit causa Ctesiphon, qua ego re privabor? — Corona scilicet et honoribus. — Eane digna poena erit publicarum calamitatum auctore, qualem me dicit esse Aeschines? — Non profecto! hoc modo reip. non satisfiet, *οὐδ' ἐγγύς*. Nec tamen si vere criminaretur, potestatem hoc certamine vobis faceret Aeschines me puniendi. — Quidni? — Quia damnari pro scelerum, quae, si diis placet, suscepi, magnitudine non possum, nisi ante causam dixero ac legitime mei instituta fuerit accusatio, quod ne fieret, consulto ipse commisit Aeschines. Accusationem debebat sequi defensio, defensionem iudicium atque damnatio. Damnare autem me non licet. Neque enim fas est privari me iure illo prodeundi ad populum sive ad iudices causamque apud eos dicendi (*οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ — τυχεῖν*), nec vero, quamvis calumniator sis atque invidus, ita tibi agere licet (*οὐδ' ἐν ἐπηρείας — ποιεῖν*). Videte ergo, quan a calumnia de

---

*) Hoc modo si interpretere verba *ἡ προαίρεσις αὕτη*, quemadmodum legit Bekkerus, non erit opus, ut cum Hüpedenio revoces vulgatum *αὐτή*. Demosthenes enim reprehendit Aeschinem, quod litem Ctesiphonti hoc potissimum consilio et hac ratione intenderit, quam revera Aeschines adhibuit cuiusque malitiam orator iudicibus expositurus est.

me, erga vos quanta perfidia agat Aeschines, qui quum me accusare reipublicaeque debitam a me poenam exigere videri voluisset, tantum abfuit, ut me postularet, ut Ctesiphontem invaderet, me, quem recta a se vinci posse desperaret, oppugnans ex obliquo, tanquam ab insidiis adortus, unde nullus nec civitati fructus nec ipsi, nisi quo odio satisfaceret inexpiabili. Non mehercule ita petendus eram, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα, κ. τ. λ.

Hanc veram esse interpretationem sequentia docent a verbis modo laudatis ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικ. usque ad §. 17., quae ex oppositionis ratione addita sunt, et quum adversarium docerent, quid faciendum ei fuisset, simul vituperant id, quod fecerat. Tota enim eorum vis totumque consilium cernitur in eo, ut reprehenderetur Aeschines, tum quod Demosthenem petens Ctesiphontem, hominem alienum, liti implicuisset, tum quod Demosthenem, si quidem tam gravia committentem scelera vidisset, nec tum maxime, quum commisisset, neque ea adortus esset via, quam leges et iudicia abunde praeberent. Quae quum negligerent interpretes, factum est, ut etiam ea, quorum illustrandorum causa ab oratore apposita sunt, ipsa ab illis non intelligerentur.

Superest unum, quod addamus, ne cui audacius sententias nonnullas in paraphrasin nostram intulisse videamur. Neque enim reperies sententiam aliunde intrusam, sed quas interposuimus, eiusmodi omnes, ut ex ipso sententiarum nexu atque rerum conditione necesario sint ducendae ac subintelligendae. Praeterea tenendum Demosthenem ex iis sententiis, quas ad illustrandam et quasi continuandam internam ipsius ratiocinationem nos adhibuimus, nonnullas consulto non attigisse. Nolebat enim proferre sententiam importunam huiusmodi: res si pessime evenerit, si ceciderit causa Ctesiphon, qua ego re privabor? — Corona et honoribus. — Eaue digna poena erit sqq. Vitabat enim vel ominis causa, vel quod coronae, de qua tamen rei summa agebatur, contemtum nescio quem molestum atque ineptum simulare alicui videri poterat. Simillimus locus est §. 3. ἀλλ' ἐμοὶ μέν — ubi per aposiopesin eadem de causa reticet ea, quae futura sint, si, quod omen dii avertant, causa ceciderit.

Ceterum in verbis supra allatis τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας dubito an verior sit lectio codicis Σ, et γρ. Φ pro vulg.

τάττουσιν exhibentium *διδόασι*, quod ut est rarius sensu iudiciali et ob id ipsum prae usitato *τάττειν* neglectum, ita reperitur in Leptin. §. 154. Bekk. *οἵ τε (νόμοι) τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσι τὰς τιμὰς διδόντες καὶ οἱ τοῖς τἀναντία πράττουσι τὰς τιμωρίας.*

EXCURSUS II.

ad §. 29. et §. 37. 39.

Duo illa decreta, quae archontis Mnesiphili nomen praeferunt (quorum alterum p. 235 insertum est sic, tanquam latum a Demosthene sit de maturanda legatorum profectione ad exigendum a Philippo ius iurandum pacis Ol. CVIII. 2. cum Philippo compositae, alterum p. 238 tanquam id decretum sit, quod post nuntiatam Athenis Philippi in Phocidem impressionem Ol. CVIII. 3. Scirophorione extremo latum a Callisthene est) maximis laborant difficultatibus, de quibus Boeckhio consulto Franciscus Winiewski in commentariis historicis et chronologicis in Demosthenis orationem de corona (Monast. 1829. 8) p. 319 sqq. ita egit:

Ol. CVIII. 1. archonte Theophilo Philocrates primum decretum fert de legatis creandis, qui pacis cum Philippo componendae causa in Macedoniam eant; *παρανόμων* accusatus a Lycino, a Demosthene defenditur, iudicioque absolvitur. Aesch. in Ctes. 62. med.

Ol. CVIII. 2. archonte Themistocle Demosthenes senatoriam dignitatem sortitur. Aesch. l. c. Athenienses de pace cum Philippo ineunda denuo deliberant tempore *τῶν σπονδῶν μυστηριωτίδων*, mense igitur circiter Boedromione, quo acta esse Eleusinia seu magna mysteria constat. Aesch. *π. παραπρ.* p. 45 extr. Alterum Philocratis decretum vincit de creandis legatis decem invitaturis Philippum, ut, si transigere cum Atheniensibus velit, legatos Athenas mittat de pace acturos. Aesch. in Ctes. p. 62 extr. Legati sunt: Ctesiphon, Aristodemus, Iatrocles, Cimon, Nausicles, Dercylus, Phryno, Philocrates, Aeschines, Demosthe-

nes. Vid. Argment. 2. ad Dem. or. π. παραπρ. Iidem passim omnes fere memorantur ab Aeschine π. παραπρ. p. 30 m. et 34 m. Hi abeunt mense circiter Gamelione: revertuntur Elaphebolione ineunte, cuius die VIII concio fit auctore Demosthene, ut, quum primum Philippi legati advenerint, sine mora cum eis transigatur. Aesch. in Ctes. 63 in. Adveniunt Philippi legati ad Dionysia Magna. Aesch. in Ctes. p. 64 m. Dem. de cor. p. 234. Quibus celebratis, praesidente inde ab Elaphebolionis die XI aut XII tribu Pandionide, cui accensus erat Demosthenes (v. supra p. 96 sq.), eiusdem mensis diebus XVIII et XIX continuo de pace et foedere cum legatis regiis agitur. Priori die oratores de pace verba faciunt, posteriori demum ad suffragia itur (v. supra p. 97.), eodemque pax decernitur (Dem. π. παραπρ. p. 359. Aesch. π. παραπρ. p. 36 in. Ctes. 64.) simul cum foedere (v. supra p. 78) et iure iurando confirmatur. Posteriori hoc fortasse die legati etiam creantur pacis ius iurandum a Philippo exacturi. Creati enim secundum Aeschinem erant iam ante Elaphebolionis XXIII (ἑβδόμην φθίνοντος), quo die, comitiis ante habitis, Atheniensium socii Philippi legatis ius iurandum dederunt. Aesch. π. παραπρ. p. 39 in. Cf. supra p. 100 sq. ibique not. et not. sup. Sed commorantur Athenis usque ad Munychionem III, quo die Demosthenes senatus consultum perfert de maturanda legatorum profectione. Cf. supra p. 90.

Hoc senatus consultum certe id est, de quo Demosthenes in or. de cor. p. 233. ἐγὼ μὲν τοίνυν, ait, ἔγραψα βουλεύων ἀποπλεῖν τὴν ταχίστην τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ὄντα τὸν Φίλιππον πυνθάνωνται, καὶ τοὺς ὅρκους ἀπολαμβάνειν, et de quo tum ad scribam: λέγε τοίνυν μοι τὸ ψήφισμα τουτὶ λαβών (p. 235.). Sed quod tum in or. de cor. sequitur decretum et quod ad res attinet et quod ad tempora ab illo prorsus abhorret. Illud enim senatus consultum fuit; decretum insiticium populiscitum est: δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ illud latum est Munychione III, hoc ultimo Hecatombaeone; hoc decretum est de legatis creandis: δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ πρέσβεις ἑλέσθαι, ex eoque legati in ea ipsa concione creati sunt: πρέσβεις ᾑρέθησαν: illud latum erat de maturanda legatorum profectione, qui creati iam mense praecedenti erant; illud legatos iubebat ἀπιέναι

τὴν ταχίστην, τὸν δὲ στρατηγὸν Πρόξενον κομίζειν αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ὄντα Φίλιππον πυνθάνηται (Dem. π. παραπρ. p. 389. cf. supra p. 90 sq.). Eaque scripsisse se Demosthenes ait (l. c.) ὥςπερ νῦν λέγω, τοῖς ῥήμασιν οὕτως ἀντικρυς· atque simillime in or. de cor. p. 233. ἔγραψα βουλόμενον ἀποπλεῖν τὴν ταχίστην τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ὄντα τὸν Φίλιππον πυνθάνωνται: hoc decretum legatos iubet ἀποδημεῖν μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιουμένους, ὅπου ἂν ὄντα τὸν Φιλ. πυνθάνωνται: praeterea in hoc nihil de Proxeno. Porro Ol. CVIII. 2. pax decreta erat in secunda concione prytaniae tribus Pandionidis, quippe die demum XIX, nondum XVIII (v. supra p. 97); hic decreta pax dicitur ἐν τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ. Illi paci coniunctum etiam foedus erat (v. supra p. 78); in decreto insiticio nonnisi pax commemoratur; legatis porro, quos Ol. CVIII. 2. Munych. III. citissime abire Senatus consultum illud iubebat, ius iurandum solum a Philippo exigendum erat, quippe quod confirmata iam ab Atheniensibus iure iurando pax esset Elaphebol. XIX. (v. sup. p. 99); decretum insiticium non exigere solum ius iurandum legatos iubet, sed etiam dare: τοὺς ὅρκους λαβεῖν τε παρ' αὐτοῦ καὶ δοῦναι. Et creati tum iuris iurandi exigendi causa legati decem erant (v. s. p. 86); ex nostro decreto quinque creantur: πρέσβεις ἑλέσθαι ἐκ πάντων Ἀθηναίων ἤδη πέντε. Illius porro legationis dux Aeschines fuit: τῆς πρεσβείας ὧν ἡγεμὼν ἐγώ, Aesch. π. παραπρ. p. 40. in.; huius dux Eubulus est. Idem Eubulus Anaphlystius ne intererat quidem illi ad Philippum legationi (v. s. p. 95. sq.), contra illa legatione functi sunt praeter Aeschinem Demosthenes, Philocrates, Phryno, Iatrocles, Dercylus, qui etiam priorem obierant (v. s. p. 87); nusquam in altera commemorantur Eubulus, Cephisophon, Democrates, Cleon. Neque hi omnino commemorari possunt, quippe quod alteram hanc ad Philippum legationem iidem obierint, qui etiam priorem: Aesch. π. παραπρ. p. 41. in.: πρῶτον μὲν γὰρ δέκα πρέσβεων ὄντων, ἐνδεκάτου δὲ τοῦ συμπεμφθέντος ἡμῖν ἀπὸ τῶν συμμάχων, οὐδεὶς αὐτῷ [τῷ Δημοσθένει] συσσιτεῖν, ὅτ' ἐξῄειμεν ἐπὶ τὴν ὑστέραν πρεσβείαν, ἤθελεν, οὐδὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς, ὅπου δυνατὸν ἦν, εἰς ταὐτὸν πανδοκεῖον καταλύειν, ὁρῶντες αὐτὸν ἐν τῇ προτέρᾳ πρεσβείᾳ πᾶσιν αὐτοῖς ἐπιβεβουλευκότα.

Pergimus continuo ad decretum sequens (p. 238.) de excubiis fugaque ex agris capessenda. Itaque legati ius iurandum pacis a Philippo exacturi Munychione III Athenis abeunt; revertuntur Scirophorione XIII, eiusdemque mensis XVI ad populum legationis eventum renuntiant. Vide supra p. 101 et 105. In eadem concione, quum nuntiato iam Philippi ad Thermopylas adventu decretum sit, ut Phocenses templum Delphicum Amphictyonibus restituant, continuo eorum, qui modo de legatione reversi sunt, plerisque nova ad Philippum legatio demandatur. Sed Demosthenes legationem eiurat; Aeschines valetudine simulata sui loco fratrem substituit. Vide supra p. 105. et 108. Cum hoc ceteri, qui creati sunt, per Euboeam ad Thermopylas tendunt; interim vero Phalaecus Scirophor. XXIII cum Philippo paciscitur, ut sibi immuni abire liceat, ille Thermopylas et Phocidem occupet; qua de re Atheniensium legati Chalcide certiores facti, interrupto repente itinere, Athenas repetunt, eorumque Dercylus Scirophorione XXVII congregatis in Piraeeo Atheniensibus actum iam de Phocensibus esse nuntiat. Qua de re audita perterriti Athenienses continuo, hoc est eo ipso die aut certe proxime insequenti, Callisthene auctore decernunt: *καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας ἐκ τῶν ἀγρῶν κατακομίζειν καὶ τὰ φρούρια ἐπισκευάζειν καὶ τὸν Πειραιᾶ τειχίζειν καὶ τὰ Ἡράκλεια ἐν ἄστει θύειν.* Dem. π. παραπρ. p. 368. coll. 379. Vide supra p. 106 sq. 109 sq. Eo ipso tempore Philippus Phocidem ingressus urbes, quae resistere ausae sunt, vi cepit et evertit, in reliquis, quae sponte deditionem fecerant, praesidia constituit. Vide supra p. 113 sqq.

De illo Callisthenis decreto manifesto Demosthenes or. de cor. p. 237., commemoratis vanis illis promissis, quibus Aeschines, ex altera ad Philippum legatione reversus, populum deceperit, *τί οὖν συνέβη*, ait, *μετὰ ταῦτ' εὐθύς, οὐκ εἰς μακράν; τοὺς μὲν ταλαιπώρους Φωκέας ἀπολέσθαι καὶ κατασκαφῆναι τὰς πόλεις αὐτῶν, ὑμᾶς δ' ἡσυχίαν ἄγοντας καὶ τούτῳ πεισθέντας σμικρὸν ὕστερον σκευαγωγεῖν ἐκ τῶν ἀγρῶν·* atque paullo post: *λέγε μοι το τοῦ Καλλισθένους ψήφισμα.* At quod tum sequitur Callisthenis decretum ab illo prorsus diversum est. Illud enim si latum eo ipso die est, quo Dercylus nuntium attulit de pacto Phalaeci, id quod probare Demosthenis verba videntur: *καὶ ὑμεῖς ταῦτ' ἀκούσαντες εἰκό-*

τως κακεῖνοις συνήχθεσθε καὶ αὐτοὶ ἐξεπέπληχθε, καὶ ἐψηφίζεσθε καὶ παῖδας καὶ γυν. κ. τ. λ. (π. παραπρ. p. 379.), non latum est in concione a praetoribus convocata (συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ στρατηγῶν, quod praescriptum est decreto insiticio). Congregatam enim iam Scirophorione XXVII Dercylus concionem in Piraeeo et de navalibus agentem invenit (Dem. π. παραπρ. p. 359.). Quod si minus constet, latum tamen decretum Callisthenis illud utique est die Scirophorionem XXVII proxime insequenti, non Maemacterione XXI, quem decretum insiticium praefert. Praeterea nihil in hoc decreto legis de mulieribus puerisque in urbem asportandis, nihil de Piraeeo castellisque communiendis, nihil de Heracleis non foris, sed in urbe agendis.

Quae quum ita sint, quid statuendum restat de hoc Callisthenis illoque decreto Demosthenis? Atque Demosthenis certe decretum ita illi Senatus consulto repugnat, quod latum est Ol. CVIII, 2 Munychione III de maturanda legatorum profectione, ut nec mutilatum nec quacunque ratione depravatum illud reperire in nostro queas. Nam quod hoc, ut illud, auctore latum est Demosthene, et tribu eadem Pandionide, quod praeterea in hoc decernitur, ut legati sine mora abeant eo, ὅπου ἂν ὄντα πυνθάνωνται τὸν Φίλιππον, id quod illud quoque iubebat, quanquam ipsum etiam hoc aliis verbis (v. supra), id certe nihil valet, si conferatur cum reliquis, in quibus decretum hoc omni ex parte ab illo diversum esse monstravimus. Quid igitur? Fictumne universum iudicemus decretum, quod suspicatus est Contarenus in Variis Lectionibus, ubi de fide huius psephismatis disputavit? At quisquis fuit, qui miro eiusmodi lusu ingenii delectatus sit, is num ex solo suo ingenio archontem etiam Mnesiphilum evocarit pseudeponymum et mensem Hecatombaeonem, et Pandionidem tribum, et πρώτην illam ἐκκλησίαν, et quinque legatos eorumque non nomina solum, sed cognomina etiam demotice? Miri sane is ingenii fuisset homo, in quo hoc maxime mirandum esset, quod verba decreti a se inventi ad Demosthenis enarrationem magis neglexisset accomodare. Ille enim ἔγραψα βουλεύων, ait, ἀποπλεῖν τὴν ταχίστην τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ὄντα τὸν Φίλιππον πυνθάνωνται· decretum: ἀποδημεῖν μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιουμένους, ὅπου ἂν ὄντα πυνθάνωνται τὸν Φ. Mirandum

praeterea esset, quod Aeschinem non primo inter legatos loco constituisset, denique, id quod gravissimum est, quod eorum numero omnino exclusisset Philocratem Agnusium, quem diserte Aeschinis collegam in praecedentibus (p. 232.) Demosthenes nominavit. Sed res eiusmodi est, ut diutius in ea morari supervacaneum videatur. Reprimunt enim eiusmodi suspicionem reliqua monumenta, orationi huic inserta, quorum omnium ea est conditio, ut, etiamsi in singulis depravata quaedam aut mutilata deprehenderis, omnia tamen certe non ex grammatici alicuius aut rhetoris ingenio fluere potuisse, sed omnino ea antiquis monumentis niti concedas necesse sit. Ad quod confirmandum vel ipsae valent discrepantiae, quibus monumenta laborant, nec minime archontes illi pseudeponymi, quorum vix ullus est, qui in fastis locum habeat. Aliter in eo, qui illa commentus esset, et miram sane Atticae antiquitatis cognitionem et mirabiliorem etiam inscitiam invenires.

Quae quum ita sint, Demosthenis decretum patet ad alias res aliaque tempora referendum, itaque iusto suo loco motum et falso illic esse insertum. Et commodissime referri cum Boeckhio (in Comment. de archontib. pseudepon. p. 22.) posse supra (cap. V.) iudicavimus ad pacem inter bellum Byzantium alteramque Philippi in Graeciam impressionem cum Philippo compositam, quam plerumque addubitatam Boekhii vestigiis insistentes restituere l. c. conati sumus; minus commode ad pacem Ol. CX. 3 post cladem Chaeronensem conciliatam. Itaque Mnesiphilus archon, qui decreto huic praefixus est, ad primam prytaniam pertineat Ol. CX, 2 archonte epon. Lysimachide. —

Eundem Mnesiphilum alterum etiam decretum, Callisthenis, praefert. Unde ad eiusdem anni Maemacterionem referendum illud esse coniicias. Sed haec sententia multis de causis minus probatur. Primum, quod auctor decreti Callisthenes est idem qui Ol. CVIII. 2 Scirophorione XXVII decretum tulit similis argumenti; tum quod Ol. CVIII. 2 Maemacterione vigiliarum in castellis habendarum fugaeque ex agris capessendae nulla adhuc Atheniensibus instabat necessitas, quippe quod Philippus eodem quidem anno, sed mense demum Elaphebolione Graeciam ingressus sit. Sin igitur post Philippi impressionem decreta est Atheniis

σκευαγωγία, referenda ea erit ad Ol. CX. 2 Elaphebolionem aut Scirophorionem, aut consecuta demum sit post cladem Chaeronensem Ol. CX. 3 Metagitnione, id quod maxime verisimile est, quod tum similis argumenti decretum latum est ab Hyperide. Neque decretum hoc referri potest ad eam σκευαγωγίαν, quae facta est Ol. CXI. 2, allato Athenas nuntio de Thebis ab Alexandro excisis. Haec enim incidit in tempus Magnorum Mysteriorum, hoc est in mensem Boedromionem. V. Arrian. exp. A. I. p. 28 Blancard.

Quae quum ita sint, ob Callisthenem praesertim, decreti auctorem, rursus ad belli Phocensis finem redeundum videtur. Neque invenies quod probabilius de decreto hoc statui possit eo, quod coniecit Boeckhius l. c. p. 9: paullo post Scirophorionem Ol. CVIII, 2 redisse ad securitatem Atheniensium animos, sed aliquot mensibus post eundem Callisthenem ob recentem aliquam formidinem denuo simile decretum proposuisse insequenti Maemacterione, omissis tamen iis, quae de Heracleis, item quae de Piraeeo et castellis muniendis dicta erant, propterea, quod haec munita erant interim, ita ut deferri supellex in munitos illos locos potuerit, εἰς Ἐλευσῖνα καὶ Φυλὴν καὶ Ἄφιδναν καὶ Ῥαμνοῦντα καὶ Σούνιον.

Itaque haec duo decreta quum manifesto loco suo mota et cum fastis confusa sint, omnia monumenta publica, quae in oratione de corona inveniuntur, iure contendit Boeckhius (l. c. p. 19.) non a Demosthene esse profecta, sed posterioribus temporibus ab homine quodam laborioso collecta, ut rerum gestarum explicationi inservirent. Atque profecto non casu factum sit, non defessa librariorum manu, quod inde a media oratione omnia acta publica in omnibus codicibus desiderantur; sed idem ille homo operam nimis arduam, quum eam ad mediam usque orationem continuasset, tum aut fato interruptus imperfectam reliquerit, aut, quod magis placeat, defessus et in celebri illo Demosthenis decreto subsistens, ex quo proelium Chaeronense concitatum est, sponte intermiserit. Quae sententia eo etiam confirmari potest, quod monumenta illa in quibusdam codicibus partim desunt, partim a recentiore manu in margine, aut in ima pagina adscripta leguntur. Cf. Bekker. ad p. 285 et 238. Unde vero ea de-

sumpta sint? Nimirum aut ex ipso Atheniensium tabulario, aut, quae ipsae ex illo fluxerunt fonte, ex monumentorum collectionibus, posteriori tempore compositis. Fuisse enim antiquitus, praeter inscriptionum collectiones, ψηφισμάτων συναγωγὴν aut libros περὶ ψηφισμάτων a Cratero Macedone compositos constat, de quibus nuper Boeckhius uberrime egit in praef. ad Corp. Inscr. §. II., ex quo Crateri opere vel ex similibus collectionibus alios petisse, qui decreta nobis Attica servarint, ipsaque haec monumenta orationi de cor. inserta fluxisse idem ibidem suspicatur. Et hac certe sola via persuasum mihi habeo explicari plurima, ne dicam omnia posse, quae in monumentis his lectorem offendant. Primum quas in duobus prioribus decretis modo deprehendimus difficultates. Alterius decreti initio rogator affertur Καλλισθένης Ἐτεονίκου Φαληρεύς: in eiusdem fine additur rursus: εἶπε Καλλισθένης Φαληρεύς. Item p. 252. initio decreti legitur: Ἀριστόνικος Φρεάῤῥιος εἶπεν, in fine iterum additur: εἶπεν Ἀριστόνικος Φρεάῤῥιος. Haec certe additamenta non possunt ex autographis Demosthenis profecta esse; neque videas, cuinam usui addita postea a librariis fuerint. Sed locum habere poterant in tabulario publico, ut infra monstrabimus, indeque alio traduci. In aliis contra miraris rogatorem omnino deesse, ut in psephismate de absoluto in γραφῇ παρανόμων Demosthene p. 261, et in decretis duobus p. 282. de induciis a Philippo rogandis. At ex his primum non rogatio est, sed relatio ad populum, ex reliquis duobus alterum βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμῃ, alterum πολεμάρχου γνώμῃ conscriptum; hoc igitur ab ipso haud dubie polemarcho; in illo auctoris nomen propterea non additum fuerit, quod non rogatum sit, sed senatus praetorumque iussu et auctoritate ab ipso fortasse scriba senatus conscriptum. Verum enim vero certiora etiam recentioris manus vestigia, a qua collecta haec monumenta sint, in eis appareant, quae contra oratoris mentem omissa, aut decurtata deprehendas. Atque eiusmodi non hoc quidem esse iudico, quod p. 264 orator quattuor memorat, qui, sicut ipse a Ctesiphonte, coronati sint pro beneficiis in rem publicam sparsis: Nausiclem, Diotimum et Charidemum, denique Neoptolemum, tum recitari iubet decreta, quae in eorum honorem lata sint; quorum tamen nonnisi de Nausicle unum, alterum de Charidemo Diotimoque af-

fertur, de Neoptolemo nullum exstat. Scilicet hoc ab ipso Demosthene non recitatum contendo, quod Neoptolemus ipse inter auditores assidebat: εἶθ' οὑτοσὶ Νεοπτόλεμος, πολλῶν ἔργων ἐπιστάτης ὤν, ἐφ' οἷς ἐπίδωκε τετίμηται (p. 264.). Verisimilius omissa quaedam decreta dixerim p. 250, quo loco Demosthenes disserit de pace navigiorum raptu soluta. Etenim orator recitari primum iubet Eubuli decretum; tum τοῦτο μὲν τοίνυν τὸ ψήφισμα, ait, Εὔβουλος ἔγραψεν, οὐκ ἐγώ, τὸ δ' ἐφεξῆς Ἀριστοφῶν, εἶθ' Ἡγήσιππος, εἶτ' Ἀριστοφῶν πάλιν, εἶτα Φιλοκράτης, εἶτα Κηφισοφῶν — ἐγὼ δ' οὐδὲν περὶ τούτων. Deinde ὥσπερ τοίνυν ἐγὼ ταῦτα δεικνύω τὰ ψηφίσματα, οὕτω καὶ σὺ δεῖξον. Ex quibus probabile fit plura ad eandem rem pertinentia decreta recitari iussisse Demosthenem; plura certe eadem de re lata esse docet Aristophontis decretum, id quod solum exstat l. c., reliquis, nimirum contra mentem oratoris, omissis. Ante hoc decretum quidem leguntur haec Demosthenis verba: λέγε τὸ ψήφισμα, ac si re vera unum tantummodo decretum recitandum sit. Sed in his solum λέγε genuina esse lectio videtur, τὸ ψήφισμα omittente Cod. Bekker. bonae notae, aliis inter ψήφισμα et βούλευμα fluctuantibus. — Minoris momenti est, quod p. 282 Demosthenes decem proponit legatos Thebas mittendos, in eo quod sequitur decreto nonnisi quinque enumerantur. Aut enim quinque solummodo creati sint, aut hi principes legationis fuerint. — At p. 266 Demosthenes scribam recitare universum iubet Ctesiphontis decretum (ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα ὅλον τὸ γραφέν μοι). In decreto leguntur haec: δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινέσαι Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα ἀρετῆς ἕνεκα καὶ καλοκἀγαθίας, ἧς ἔχων διατελεῖ ἐν παντὶ καιρῷ εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς. At Aeschines plura legerat in Ctesiphontis decreto: Αἰσχίνης — ἀπήνεγκε π. τ. ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος, scriptum est in accusationis libello (p. 243), ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα, ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶσαι Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις τραγῳδοῖς καινοῖς, ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην Δημοσθένους

Παιανιέα χρυσῷ στεφάνῳ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας, ἧς ἔχων διατελεῖ εἴς τε τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας καὶ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀνδραγαθίας, καὶ διότι διατελεῖ πράττων καὶ λέγων τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ, καὶ πρόθυμός ἐστι ποιεῖν ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθόν —· πάντα ταῦτα ψευδῆ γράψας —. Eaque ad verba ex decreto Ctesiphontis desumpta agnoscit etiam Demosthenes in iis, quae continuo sequuntur: *τοῦ μὲν οὖν γράψαι πράττοντά με καὶ λέγοντα τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ διατελεῖν καὶ πρόθυμον εἶναι ποιεῖν ὅ τι ἂν δύνωμαι ἀγαθόν* (p. 244). Idem p. 252 decretum Aristonici conscriptum esse ait iisdem syllabis, *ἅσπερ οὑτοσὶ Κτησιφῶν νῦν γέγραφε.* In hoc autem legitur: *καὶ διατελεῖ εὔνους ὢν τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, καὶ λέγει καὶ πράττει ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθὸν ὑπέρ τ' αὐτῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.* Denique Aeschines ipse eadem et fortasse etiam plura confirmat or. in Ctes. p. 60 m. his: *ἔστι δ' ὑπόλοιπόν μοι μέρος τῆς κατηγορίας, ἐφ' ᾧ μάλιστα σπουδάζω. τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ πρόφασις, δι' ἣν αὐτὸν ἀξιοῖ στεφανοῦσθαι. λέγει γὰρ οὕτως ἐν τῷ ψηφίσματι· καὶ τὸν κήρυκα ἀναγορεύειν ἐν τῷ θεάτρῳ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὅτι στεφανοῖ αὐτὸν ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδραγαθίας, καὶ τὸ μέγιστον ὅτι διατελεῖ λέγων καὶ πράττων τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ.* Item vocem *ἀνδραγαθίας ἕνεκα* confirmat p. extr., reliqua p. 87 extr.: *εἰ δ' ἥξεις ἐπὶ τὸ δεύτερον μέρος τοῦ ψηφίσματος, ἐν ᾧ τετόλμηκας γράφειν, ὡς ἔστιν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ διατελεῖ λέγων καὶ πράττων τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων.* Ibidem paucis ante: *εἰ μὲν γὰρ λέγεις, ὅθεν τὴν ἀρχὴν τοῦ ψηφίσματος ἐποιήσω, ὅτι τὰς τάφρους τὰς περὶ τὰ τείχη καλῶς ἐτάφρευσε, θαυμάζω σου.* Unde manifesto liquet altera certe parte, fortasse etiam initio decurtatum id Ctesiphontis decretum esse, quod in oratione de corona repraesentatur. Itaque universum decretum recitari iussit Demosthenes, decurtatum repraesentatur, et decurtatum ita, ut quae desunt ea non casu omissa videantur, sed de industria. Lacunae enim vestigia deprehendis nulla. Quid multa? Decretum etiam quod superest Ctesiphontis, non id est, quod Ol. CX. 2 Pyanepsione XXII senatui comprobandum tradiderat Ctesiphon his fere verbis conscriptum: *δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ*

Ἀθηναίων ἐπαινέσαι Δημοσθένη Δημοσθένους Παιανιέα ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας, ἧς ἔχων διατελεῖ εἴς τε τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, καὶ ἀνδραγαθίας, καὶ διότι διατελεῖ πράττων καὶ λέγων τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ, καὶ πρόθυμός ἐστι ποιεῖν ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθόν, in quae decreti verba oratione sua acerrime invectus est Aeschines. Ol. CXII. 3, quum causa in iudicio acta esset, absolutus quidem est Ctesiphon, Aeschines ad multam drachmarum mille, quae legibus statuta erat, solvendam damnatus, confirmatumque eo est senatus προβούλευμα de coronando Demosthene, sed non item omnia ea etiam decreti verba, quibus collaudaturus praeco Demosthenem erat. Audita Aeschinis oratione effusius a Ctesiphonte scriptum praeconium videri poterat. Offendebat, quod erga omnes etiam Graecos propensum constanter animum habere Demosthenes diceretur, quippe quod Ol. CXII. 3, quum Graecorum tumultus in Peloponneso ortus ab Antipatro vix oppressus erat, auspicionem apud Macedoniae reges movere contra Athenienses potuerit, si publice in theatro recitaretur edereturque; offendebat, quod ἀνδραγαθίας ἕνεκα collaudandum Demosthenem esse Ctesiphon scripserat, si vere criminari Demosthenem Aeschines visus sit, quod abiecto turpiter clypeo ex pugna Chaeronensi fugam cepisset, item postea, quum Ol. CXI, 2 Thebis dirutis legationem ad Alexandrum obiens medio ex Cithaerone metu correptus effugisset (Aesch. in Ctes. p. 76. med.); offendebant denique verba καὶ διότι διατελεῖ πράττων καὶ λέγων ὅ τι ἂν δύνηται ἀγαθόν, quod re vera, transgresso in Asiam Alexandro, neque florente adhuc Dario, neque quum nuperrime a Lacedaemoniis bellum pro libertate motum esset, ad recuperandam libertatem utile quidquam civitati suasisset (Aesch. in Ctes. p. 77.), ad quae Aeschinis opprobria nihil quidquam respondere Demosthenem sane mirandum est. Haec igitur omnia quum non mera calumnia ab Aeschine exprobrari viderentur, placuit aut iudicibus aut ex iudicum sententia populo, ut laudes Demosthenis lenioribus verbis pronuntiarentur, quam quae scripta olim a Ctesiphonte sunt et comprobata a senatu. Itaque exstincta in primis sint verba εἴς τε τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας, pro ἀνδραγαθίας lenior vox reposita καλοκἀγαθίας, omissis etiam sequentibus: καὶ διότι διατελεῖ πράττων καὶ λέγων τὰ ἄριστα κ. τ. λ., et decretum omnino ita

compositum sit, eo ut rerum circa cladem Chaeronensem gestarum memoria quam posset maxime aboleretur, et quae inde moveri posset amoveretur suspicio. Atque mutatum ita προβούλευμα a populo confirmatum coniicio. Quo facto quum a scriba in tabulario repositum esset, inde in orationem de corona traductum rursus pateat non a Demosthene ipso, sed tempore posteriori.

Atque hanc solam de monumentis his opinionem, quam confirmare modo conati sumus, persequentibus deprehendi etiam posse nobis videatur, quid sibi velint archontes illi pseudeponymi, in quibus explicandis tot virorum doctorum cura sagacitasque haerebat. Quos quidem archontes ad annos designandos, itaque eponymorum loco afferri, eo quam maxime liquet, quod archonti ubique additus est mensis et dies, atque, ne pluribus verbis de re per se clarissima opus sit, maxime perspicue hoc pseudeponymus Mnesithides docet (p. 279), ex quo et addito Anthesterione XVI definiuntur *Χύτροι*, quos recitari Demosthenes iubet, ut doceat, quo tempore, hoc est quo anno menseque Aeschines Pylagoras creatus bellum adversus Amphissenses Amphictyonicum concitarit. Vid. cap. V. Quod quum eponymo Theophrasto factum sit, eo ipso statim refutatur Dodwelli opinio, qui archontes hos senatus esse epistatas censuit, item Palmerii Corsinique, qui eos thesmothetas, reges aut polemarchos esse opinati sunt, actis praescriptos, non ut ex iis anni designarentur, sed quod senatui et comitiis praesedissent iis, in quibus actae illae res fuerint. Subsistendum igitur in una sit Schoemanni opinione, qui ad designandos quidem annos decretis eos praescriptos coniecit, non tamen eponymos, sed eponymorum tanquam suffectos, qui eponymi magistratu fungerentur, dum ille ab administrando munere seu morbo sive alia causa impeditus esset (de Comit. p. 137 sqq.) Quibus tamen haec etiam sententia laboraret difficultatibus, ipse satis sentiebat Schoemannus ingenueque professus est. Incredibile enim primum est ex suffectis istis archontibus annos omnino designari potuisse, aut mira sane inconstantia et perturbatione laborasse fastos Atticos credendum sit. Atque Ol. CVI. 2 aut CVII. 2 quidem praeter Callistratum aut Thessalum, qui fastis consignati sunt, unum reperimus pseudeponymum Boedromione mense Demonicum (p. 265), item Ol. CXVIII, 3,

praeter fastorum eponymum Archiam, Mnesiphilum mense Maemacterione (p. 238); Ol. CX, 3, praeter fastorum Chaerondam, pseudeponymum Euthyclem (p. 266). At brevi eo trium annorum spatio, quod inter Ol. CIX. 4 et CX, 3 intercessit, undecim archontes eponymi pseudeponymique numerantur:

Ol. CIX. 4, quem fasti exhibent, Nicomachus; Boedromione Neocles (p. 249 et 250), Gamelione Chaerondas (p. 253).

Ol. CX, 1 fastorum Theophrastus,
Boedromione Polycles (p. 261),
Anthesterione Mnesithides (p. 279).
Quartus afferri potest Nicias (p. 273), licet minus certo, isque Hecatombaeone iam tertio.

Ol. CX. 2 ex fastis Lysimachides; ex decretis Mnesiphilus (p. 235), isque rursus ineunte anno, quippe ultimo Hecatombaeone.
Elaphebolione et Munychione Heropythus (p. 282).
Scirophorione Nausicles (p. 289).

Toties igitur si per annum mutaretur eponymus, vix Athenienses dixeris percipere tempus accurate potuisse, archontem temporis designandi causa ex decretis recitatum audientes. Ex nostris autem illis Mnesithides certe ibi affertur, ubi recitare Demosthenes scribam iubet, quando Aeschines creatus pylagoras sit, id quod archonte Theophrasto factum esse ipse testatur Aeschines in Ctes. p. 69 extr. Praeterea Demostheneae aetatis archontes eponymi optime explorati sunt. Afferunt eos ex annorum ordine scriptores, Diodorus maxime, Philochorus, Dionysius Hal. (in epist. ad Amm. et in iudic. de Din.), confirmant ex parte inscriptiones, confirmat ipse denique Aeschines: Theophrastum l. c., Themistoclem (Ol. CVIII, 2) p. 62 med., Chaerondam (Ol. CX, 3) p. 57 extr. At quotquot actis orationi de cor. insertis archontes inveniuntur, uno Chaeronda excepto in Aeschinis libello, quo Ctesiphontem accusavit, omnes ab illis omnino abhorrent, quod certe casu fieri nequaquam potuit, ideoque Schoemanni opinioni maxime obstat. Sed haec a nobis non sunt longius per-

sequenda. Accuratissime enim et hanc et aliorum virorum doctorum opiniones examinavit Boeckhius l. c. p. 17 sq.

Quae quum ita sint, quum archontes isti neque eponymi sint, nec eponymorum suffecti, nihilominus ad annos manifesto designandos decretis praescripti sint, denique quum ne vitii quidem nominibus allati ulla possint vestigia deprehendi, errori eos deberi patet, non pristinis Atheniensium institutis. Atque ipsa certe etiam forma, qua praescripti decretis isti pseudeponymi sunt, ab ea plerumque abhorret, quam sollemnem in actis senatus populique fuisse, inscriptionum, quae aut ad ipsam aetatem Demostheneam pertinent, aut ei proximae sunt, constantia docet. In quibus primum sollemne est, ut vox *ἄρχοντος* sequatur nomen, v. c. hae formula: *ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος*. In nostris vox *ἄρχοντος* nomen proprium plerumque praecedit, ut *ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου*, *ἐπὶ ἄρχοντος Νεοκλέους*. Haec forma in recentissima demum aetate Romana invaluit, ut docent inscriptiones, quas Boeckhius edidit in Corp. Inscr. Gr. Vol. I. P. II. Cl. IV. — Porro in Aristonici decreto p. 253. archontis nomini additum est patris nomen: *ἐπὶ Χαιρώνδου Ἡγέμονος ἄρχοντος*, quod in inscriptionibus nusquam reperies, ne ad discernendos quidem archontes cognomines, quippe qui nonnisi ex decessore discernantur, ut *ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Παράμονον ἄρχοντος* in notissima musei Naniani inscriptione ap. Boeckh. Corp. Insc. nr. 125. Insolitus prorsus est in archonte epon. designando casus nominativus: *ἄρχων Δημόνικος* p. 265, et quod additur demoticum nomen *Φλυεύς*, quod, sicuti patris nomen, in inscriptionibus non additur, nisi aut scribae secundum prytaniam, ut docent decreta, quae in inscriptionibus servantur ap. Boeckh. Corp. Inscr. Gr. Vol. I. Inscr. Att. Cl. I. nr. 81, 90, 111, 112, 113, 122 et decreto de Antiphonte ap. Pseudoplut. vit. X orr. p. 225 ed. H., aut proedro, qui populum in suffragium mittebat, ut docent decreta modo laudata, tum nr. 96 et 105 ap. Boeckh. l. c. atque decretum in honorem Zenonis conditum ap. Diogen. Laert. VII. 10. Contra iidem illi magistratus, scribam secundum prytaniam dico et *τὸν ἐπιψηφίζοντα*, quorum hic ubique ll. cc. adfertur, ille duobus modo deest (nr. 96 et 105 ap. Boeckh. l. c.), in nostris omnino desiderantur. Nimirum itaque is ipse homo, qui in traducendis in orationem

de cor. actis publicis desudavit, poterat alterutrum ex his magistratibus, qui decretis praefigi solebant, in nostris desunt, scribam secundum prytaniam, sive epistatam senatus, pro eponymo habere, eponymique loco decretis praescribere.

Atque ne longum faciam, Boeckhius, quum confusionem talem non aliter fieri potuisse censeat, nisi si haec acta ex serie quadam decretorum petita sint, quae disposita secundum certum quendam magistratum essent, per epistatam autem disponi decreta non potuisse, quod diurnum epistatae munus fuerit, Boeckhius pseudeponymos illos ex scribis secundum prytaniam natos coniicit, qui a senatu sorte creati ex ipsis senatoribus, non tamen ex prytanibus, scripta et decreta senatus populique servarint, eisque nomen suum praescripserint, tantae illos auctoritatis, ut ex primae prytaniae scriba, etiam omisso archonte, designaretur annus, vel ille certe archonti anni designandi causa adderetur. Quam coniecturam ita exornavit Boeckhius et confirmavit, ut in ea asquiescendum nobis esse omnino confiteamur. Scilicet, liceat enim brevissime Boeckhii opinionem proponere, disposita Atheuis in tabulario erant acta senatus et populi secundum annos et anni cuiusque prytanias. Ad annos designandos probabile est inscripta loculis fuisse archontum eponymorum nomina schedulis vel tabellis exterius affixis, item unius cuiusque anni acta verisimile est disposita per codices fuisse sive volumina, quibus continerentur acta in una prytania et sub uno scriba secundum prytaniam perlata. Hisque codicibus inscriptum ipsius scribae nomen fuerit probabili formula: ἐπὶ (Μνησιφίλου) (scil. γραμματέως κατὰ πρυτάνειαν), qua anni etiam ex eponymis designabantur. Quod si ita fuit, non opus erat, ut in decretorum singulorum exemplis codici inscriptis adderetur archontis nomen aut scribae. Non enim verisimile est qua forma decreta lapidibus incisa reperiuntur, eadem in tabulario etiam reposita; sed quod commune omnibus erat, id consentaneum est actis in unum collectis esse inscriptum. Iam, quod supra monuimus, fuerunt antiquitus libri, quibus continebantur acta publica, partim ex inscriptionibus collecta, partim ex ipso Attico tabulario; ex tali libro petita nostra haec acta esse omnino probabile ex iis est, quae in superioribus exploravimus. Illum librum qui confecit, is ordinem et rationem

tabularii secutus est. Sed qua aetate liber collectus est, loculorum schedulae et tabellae cum archontis eponymi nomine olim affixae interierint, ut quo archonte decretum unumquodque latum esset, iam non perspici posset, quippe qui in decreto notatus non fuerit. Itaque, quum omissus esset archon, potuit scriba actis cuiusque prytaniae praefixus eponymus videri, si non illi, qui librum collegit, certe recentiori docto, qui illo uteretur libro, ex actis tabularii confecto, ut is in decretorum singulorum praescriptis, quae ille ex rubricis singularum collectionis partium supplere utique debebat, integrandis insereret pro archonte scribam, eique adderet vocem ἄρχοντος. Haec summa est Boeckhianae opinionis, quae ut per se unice probabilis videatur, ita omni ex parte defendi confirmarique potest. Addo, quod Boeckhius de tabularii schedularum, quibus inscriptum nomen eponymi fuerit, coniecit interitu, id ipsum etiam in eo libro accidere potuisse, qui ex tabulario Athenarum collectus sit. Nam Craterum, vel quisquis alius eiusmodi collectionum fuit auctor, omnino probabile est eam in concinnando opere rationem esse secutum, ut quae cuique decretorum parte communia essent, ea in singulis decretorum exemplis omitteret, et collectionem illam per archontes, schedulis affixos, quae divelli facile poterant, per scribas et prytanias disponeret. Et quod coniecturae huic opponere possis, Heropythum (p. 282) Ol. CX, 2 in duabus continuis prytaniis inveniri, de hoc, si minus verisimile videatur prorogatum munus esse in sequentem prytaniam, id certe probabile statuendum videtur, id quod etiam proposuit Boeckhius (l. c. p. 26), verba ἐπὶ Ἡροπύθου ἄρχοντος ex altero decreto in alterum esse illata, quum alterum alteri sine intervallo additum sit. Ita enim etiam verba ἱερίτης Πυλαίας ex decreto Amphictyonico I. illata per errorem in alterum decretum sunt, quod prius continuo excipit, pro vera lectione ὀπωρινῆς. Et idem etiam accidisse dixeris in archonte Mnesiphilo, qui etiam duobus decretis praescriptus est (p. 235 et 238), licet is nec ad geminatas prytanias, nec ad unum annum pertineat. Poterat enim, cui actorum orationi de cor. insertorum debetur collectio, illud Demosthenis et hoc Callisthenis decretum cum eis confundens, quae lata sunt Ol. CVIII. 2 Munychione III et Scirophorione XXVII, utrumque ad unum annum re-

ferre, quippe quod alterum quarto mense post alterum latum perceperit, non quidem ex orr. de male gesta legat., quas ne legisse quidem eum statuendum est, sed quod Demosthenes tres menses commoratos legatos in Macedonia dicit (p. 235), et brevi post eorum ex Macedonia reditum latum Callisthenis decretum contendit (237). Quod si non ab illo factum est, poterat ab aliis fieri. Denique opinioni suae nihil obstare Boeckhius contendit (l. c. p. 27), quod Aeschinis libello, quo Ctesiphontem accusavit, verus est eponymus Chaerondas praefixus. Non enim illum in actis senatus et populi scriptum fuisse, ex quibus fluxerunt pseudeponymi, quippe mere iudicialem, sed aliunde petitum esse et orationi insertum. Et petitum eum dicendum sit ex ipsis actis iudicialibus, seu rursus ex aliqua eorum collectione. Inde petita etiam probabiliter dixeris testimonia duo de Aeschine ad agendam causam Deliacam indigne iudicato (p. 272) deque Aeschinis clandestina cum Anaxino, Philippi exploratore, familiaritate (p. 273). — —

Itaque haec quoque monumenta licet iudicialis generis sint, ex eodem fonte petita sint, unde acta senatus et populi. Et res certe ita iam explorata est, ut si coniectura postremo a nobis proposita falsa sit, aliud nihil statuendum restet, quam duo haec testimonia ab ipso Demosthene esse orationi inserta. Quae opinio quanquam statim propterea addubitanda videatur, quod haec sola monumenta ab ipso oratore profecta esse, reliqua alii auctori deberi vix sit credibile, tamen non continuo reiicienda est, praesertim quum Nicias ex eponymo Nicomacho natus esse, et adscripta temporis nota ea videri possit, quae addita tum sit, quum Demosthenes tradenda sibi ex actis senatus monumenta illa exposcit, eis ut in causa Ctesiphontis uteretur. Considerandum enim adhuc unum monumentum restat, de quo id ipsum quaeri possit, anne hoc ab ipso sit oratore profectum. Or. de cor. p. 267. legitur lex de coronis in theatro renuntiandis: *ὅσους στεφανοῦσί τινες τῶν δήμων, τὰς ἀναγορεύσεις τῶν στεφάνων ποιεῖσθαι ἐν αὐτοῖς ἑκάστους τοῖς ἰδίοις δήμοις, ἐὰν μή τινας ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἢ ἡ βουλὴ στεφανοῖ· τούτους δ' ἐξεῖναι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις ἀναγορεύεσθαι.* Hanc legem nonnisi partem totius legis Dionysiacae esse Aeschines contendit or. in Ctes. p. 58 extr. (*χρήσονται τοῦ νόμου μέρει τινί, κλέπτοντες τὴν ἀκρόασιν ὑμῶν*), et ex-

trema eius verba ad *ἀλλοτρίους στεφάνους*, ad coronas ab exteris solum civitatibus donatas pertinere interpretatur ibid. p. 58 sq. Legem etiam ipsam Dionysiacam affert p. 60 m, quam hoc loco non servatam nobis esse valde dolendum est. Nihilominus tota lex qualis fuerit cognosci ex iis potest, quae de argumento eius copiose Aeschines disserit. Atque primum: *διαῤῥήδην ἀπαγορεύει* (*ὁ νομοθέτης*), ait, *μήτ' οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν τῷ θεάτρῳ, μήθ' ὑπὸ τῶν φυλετῶν ἢ δημοτῶν ἀναγορεύεσθαι στεφανούμενον, μήθ' ὑπ' ἄλλου φησὶ μηδενός, ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα* (p. 59 extr.); postrema haec verba ad *τοὺς ξενικοὺς στεφάνους* referenda esse contendit, tum p. 69 m. *καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκεν ὁ νομοθέτης*, ait, *μὴ κηρύττεσθαι τὸν ἀλλότριον στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐὰν μὴ ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἵν' ἡ πόλις ἡ βουλομένη τινὰ τῶν ἡμετέρων στεφανοῦν πρέσβεις πέμψασα δεηθῇ τοῦ δήμου.* Denique, postquam ipsam legem recitari iusserat: *ἐπειδὰν τοίνυν ἐξαπατῶντες ὑμᾶς λέγωσιν: ὡς προσγέγραπται ἐν τῷ νόμῳ ἐξεῖναι στεφανοῦν, ἐὰν ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἀπομνημονεύετε αὐτοῖς ὑποβάλλειν, εἰ δέ σέ τις ἄλλη πόλις στεφανοῖ.* Ex his haud ambigue totius legis hanc conditionem fuisse coniicias: primam eius partem servos in theatro manu mitti, alteram cives a tribubus, tertiam a demis coronari vetuisse, eamque iisdem fortasse verbis, quae in or. de cor. servantur: *ὅσους στεφανοῦσί τινες τῶν δήμων, τὰς ἀναγορεύσεις τῶν στεφάνων ποιεῖσθαι ἐν αὐτοῖς ἑκάστους τοῖς ἰδίοις δήμοις*· postremo haec scripta probabiliter dicas: *μήθ' ὑπ' ἄλλου μηδενὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀναγορεύεσθαι στεφανούμενον, ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα, ἐὰν μή τινας ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἢ ἡ βουλὴ ψηφίσηται· τούτους δ' ἐξεῖναι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις ἀναγορεύεσθαι.* Iam vero in ea lege, quae in or. de cor. invenitur, omissa sunt media illa: *μήθ' ὑπ' ἄλλου μηδενός κ. τ. λ.* Unde legem hanc non solum partem esse pateat totius legis Dionysiacae, sed eam etiam ex arbitrio a Demosthene decurtatam, ideoque non a recentiori quodam viro docto, sed ab oratore ipso orationi insertam. Veruntamen decurtatam ex arbitrio legem iudicibus proposuisse Demosthenem difficilius crediderim. Quam ob rem aliam rei rationem fuisse suspicor. Non totam legem Dionysiacam interpretatur Aeschines, sed eius solummodo initium, in quo summam legis conscriptam probabile est his fere verbis: *μήτ' οἰκέτην ἀπελευθε-*

ρουν ἐν τῷ θεάτρῳ, μήθ' ὑπὸ τῶν φυλετῶν ἢ δημοτῶν ἀναγορεύεσθαι στεφανούμενον, μήθ' ὑπ' ἄλλου μηδενός, ἢ ἄτιμον εἶναι τὸν κήρυκα, ἐὰν μὴ ψηφίσηται ὁ δῆμος. Hoc initium, quod summam legis continebat, secuta verisimile est singula legis capita de servis manu mittendis, de tribulibus coronandis, tum illud de demo accensis, quod in or. de cor. legitur, cui sane consentaneum est addita ab accurato legis latore esse extrema illa: ἐὰν μή τινας ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἢ ἡ βουλὴ στεφανοῖ, ne quis forte id quod ad δήμους pertineat prava interpretatione ad τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων extenderet. Sed singula haec capita omissa ab Aeschine sunt, quippe quod malevolae eius legis interpretationi nequaquam faverent, ut ei verissime Demosthenes obiiciat: τί συκοφαντεῖς — νόμους τοὺς μὲν μεταποιῶν, τῶν δ' ἀφαιρῶν μέρη, οὓς ὅλους δίκαιον ἦν ἀναγιγνώσκεσθαι τοῖς γ' ὀμωμοκόσι κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι (de cor. p. 268). Quae quum ita sint, nihil obesse videtur, quominus haec etiam lex a recentiore viro docto orationi inserta statuatur. Quin eius rursus vestigium deprehendas in verbis, ἐὰν μή τινας ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθ. ἢ ἡ βουλὴ στεφανοῖ. Nam in his Demosthenes legebat ψηφίσηται: ἀκούεις, Αἰσχίνη, τοῦ νόμου λέγοντος σαφῶς, πλὴν ἐὰν τινας ὁ δῆμος ἢ ἡ βουλὴ ψηφίσηται· p. 267 extr. Idem legebat Aeschines. Vide or. in Ctes. p. 58 extr. p. 60 med. bis. Hoc igitur utique scriptum fuerit in legis autographo, quo usi oratores sunt. Itaque pro ψηφίσηται repositam vocem στεφανοῖ invenisse virum illum statuendum est in eo legis exemplari, ex quo eam descripserit.

Quod igitur supra clarissimis argumentis demonstrasse nobis videmur, decreta illa senatus populique, quibus adnumerandae nimirum etiam sunt Philippi epistolae et dogmata Amphictyonum, quippe quae etiam in tabulario publico reposita fuerint, a viro docto quodam, sed male docto orationi de corona esse inserta, idem ut de reliquis quoque monumentis, quae praeterea inveniuntur, statuamus, omnino consentaneum est. Quam ob rem, si duae antiquitus exstabant Demosthenis editiones, ἡ ἀρχαία καὶ ἡ δημώδης, quarum meminit Ulpianus et de quibus Taylorus copiose disputavit ad Dem. or. de cor. p. 229. v. 12. et in praefat. ad cor. Mid., illam certe coniiciendum est monumentis his non fuisse instructam. Et sane in plurimis omnium oratorum,

quae nobis servatae sunt, orationibus monumenta desiderantur. Exstant nonnulla in Andocidis de mysteriis, in Aeschinis c. Timarch., plurima in Demosthenis forensibus orationibus, quorum omnium perpauca sunt ex genere decretorum senatus et populi in Andoc. orat. et Demosthenis c. Timocr., denique unum de Plataeensibus civitate donandis in or. c. Neaer. Quae quum nec archontem nec mensem praescriptum praeferant, ab ipsis profecta oratoribus videri facile possint. Nam eiusmodi monumenta brevitatis causa sine accurata temporis notatione ab oratoribus recitata esse, et pleruinque ne universa quidem, sed quantum eorum ad demonstrandam sententiam sufficeret, omnino probbaile est. Vid. supra p. 208. Aesch. π. παραπρ. p. 57 med. Cf. supra p. 91. Id quod etiam ad nostram de monumentis orationi de corona insertis sententiam confirmandam valeat. In ipsis quoque lapidibus tempora haud raro a decretis separata inveniuntur. Neque ego omnia monumenta, quae in reliquis orationibus servantur, posterioribus demum temporibus, ut illa in oratione de cor., addita esse contenderim. Certe, quae in praestantissimis Demosthenis, seu quae in Demostheneis numerantur, orationibus forensibus exstant monumenta, maximam partem iudicialia, μαρτυρίαι, leges seu legum partes, συνθῆκαι, συγγραφαί, ἐγκλήματα, προκλήσεις, μαντεῖαι, alia similia, ea vix dixeris posterioribus demum temporibus ex legum seu actorum iudicialium collectionibus tanto tamque integro numero peti et tam apte orationibus potuisse inseri. Ex parte certe ab ipsis inseri orationibus poterant. Ita additam Dinarchi in Proxenum orationi γραφὴν legebat iam Dionysius Hal.: ἀποδείκνυται δ' (ὁ βίος τἀνδρὸς) ἐξ ὧν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ συνέγραψεν ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ Προξένου, ὃς εἴρηται μὲν μετὰ τὴν φυγήν, προςκειμένην δ' ἔχει τὴν γραφὴν ταύτην· „Δείναρχος Σωστράτου Κορίνθιος Προξένῳ, ᾧ σύνειμι, βλάβης ταλάντων δύο κ. τ. λ.: de Dinarcho iudic. c. 3. Nostra autem illa, ut certum est non ea in prima orationis de cor. editione exstitisse, ita consentaneum est sero demum collecta et orationi addita esse. Errores enim, quos in actis his colligendis commissos monstravimus, tum demum irrepere et increbescere poterant, quum remotioris antiquitatis ignorantia longius serpere coepit. Dionysii certe Hal. aetate invalescere illa nondum poterant, licet, quod ad illum aucto-

rem attinet, hoc solummodo asseverari possit, quam nos ipsi in posteriori orationis parte p. 298. desideramus Philippi epistolam, illum etiam non legisse videri. Nam in Epist. ad Amm. c. 11. postquam orationis ipsius verba attulerat haec: ὡς δ' ἀφικόμεθα ἐς τὰς Θήβας, κατελαμβάνομεν Φιλίππου καὶ Θετταλῶν καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων παρόντας πρέσβεις, καὶ τοὺς μὲν ἡμετέρους φίλους ἐν φόβῳ, τοὺς δ' ἐκείνου θρασεῖς, (p. 298) ita pergit: ἔπειτ' ἐπιστολήν τινα κελεύσας ἀναγνωσθῆναι ταῦτ' ἐπιτίθησιν: „ἐπειδὴ τοίνυν κ. τ. λ. Vix ita ambigue Dionysius memorasset epistolam, si eàm legisset. Contra Pollucem, Harpocrationem, Ulpianum scholiastam, ne recentiores lexicorum auctores memorem, legisse iam monumenta illa in ipsa Demosthenis oratione singulae quas ex eis laudant voces dictionesque probant. Vid. Schaefer. Apparat. ad p. 235, 11; p. 238, 15 et 28; p. 243, 11 et 27; 244, 8; 249, 11; 253, 13. Itaque ante horum scriptorum aetatem verisimile est virum quendam doctum monumenta illa collegisse, quibus fortasse novam illam Demosthenis editionem, quam δημώδη Ulpianus vocat, instrueret; qui tamen in insigni illo decreto Demosthenis de Thebanis ad belli societatem contra Philippum invitandis destiterit ab opera anxia et nimis laboriosa, satis tum sibi visus adiumenti ad illustrandam orationem attulisse. Nam ultra illud decretum operam continuatam non esse codicum constantia docet, in quibus omnibus inde a p. 289 monumenta desiderantur, quum usque ad hanc servata in omnibus sint, uno excepto Augustano I., in quo solo nimirum defessa librarii manu iam a. p. 250 omissa inveniuntur.

Ex qua opinione quum ea, quae maxime discrepantia et insolita in monumentis illis deprehendimus, explicari aptissime posse satis iam excussum sit et demonstratum, illis denique accedant pauca quaedam alia, in quibus praeterea offendere meminimus. In decreto Callisthenis p. 238 praescriptum nomen rogatoris est, idem adscriptum etiam: εἶπε Καλλισθένης Φαληρεύς. Postrema ipsius rogatoris esse verba censeo, qui conscripta lege: μηδένα Ἀθηναίων μηδεμίᾳ παρευρέσει κ. τ. λ., addidit nomen suum, ut adiectum legitur in libello p. 250: πρυτανείᾳ φυλῆς Ἱπποθωντίδος, Ἀριστοφῶν Κολλυττεὺς πρόεδρος εἶπεν. Sed decreto in tabulario reponendo praescripsit scriba: συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ στρα-